







92066

320643

262.131.22 "16"

L 18 ✓



40000092066

59-5



69.183

Dr. D. VALENTINUS
L'AMPEREZ ET BLAZQUEZ, OLIM IN

Disciplinæ Theolog. Augustinæ, Collegii
S. Gregorii, Ordinis S. Augustini, vici Alcazar, Metropolim
Lisabonensis, Eccles. Metropolit. Canon. et
Mons. Coadiutor, Prof. Lit. Liturgicæ, Sacrosancti
offic. Theologus, Archiepiscopatus S. Petri
Lisabonensis.

Disciplina
S. T. V. S.
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800



**DISCIPLINA
VETVS**
ECCLESIASTICA
A SANCTISSIMO D. N. D.
INNOCENTIO
DIV. PROVID. PAPA XII.
INSTAVRATA.
IN VLLA NOVISSIME EXPEDITA,
QVÆ INCIPIT: *SPECVLATORES*
DOMVS ISRAEL,
CVIVS SCHOLIASTICAM EXPOSITIO.
NEM AD PEDES EIVSDEM SS. P.
AC D. REVERENTER EXPONIT, AC
SVPLICITER OFFERT, D. N. D. **130871**
ET SACRAT.

Dr. D. VALENTINUS
LAMPEREZ ET BLAZQUEZ, OLIM IN
Complutensi Theolog. Aragoniæ Insigni Collegio
Alumnus, & Rector, nunc verò Almi Metropolitanæ
ac Patriarchal. Eccles. Hyspal. Canonicus, Theologiæ
Moralis Cathedræ Professor, Illustr. D. Archie-
pisc. Theologus, Archiepiscopatus Synod.
Examinator, &c.

) (†) (

HISPALI EX TYPOGRAPHIA LVCÆ
MARTINI ANNO DNI. 1696.



DISCIPLINA
V E T V S

A S A N C T I S I M O D. N. D.


Audite, filij, disciplinam Patris. *Proverb. 4.*
 Disciplinam qui abijcit, infelix est. *Sap. 3.*
 Cura ergo disciplinae dilectio est. *Sap. 6.*



SSmo. D. N. D. INNOCENTIO XII. PONTIF. MAX.

B^{me.} P.


ADUOLAT ad pedes Sanct. Tuæ libellus iste
 Gratitude, & Religionis pennis. Tu enim
 Lydius lapis veræ, & falsæ doctrinæ proba-
 torius: & ego clientulus B. T. devotissimus
 valdè, & addictissimus. A Regalis Sacetdoriij Celsissimæ
 Maieftatis obrutu se se quidem retrahit præ exiguitate
 offerédû munusculû; sed á tua maxima benignitate at-
 tractum accedit iam confidentèr, & quod distantia
 fieri prohibet, illud pro me B. T. gratantèr sistere se pro-
 perat. Ignosce igitur, Pater Sanctissime, ignosce ausibus
 meis, et qui Christi vices in terris geris, istud, etsi minu-
 tilissimum æs in Ecclesiæ gazophilatium humilitèr mis-
 sum humanitèr suscipe; super scriptionem enim tuam
 præferit, vt sub tuo nomine nulli non attideat, quod
 sub



sub alio pluribus fortè displiceret: ergò S. T. iurè etiam reddendum potius, quàm gratià dicandum. Nō cenlum attendas, sed affectum æstimes quæso, quo summæ erga me S. T. beneficentiæ devinctum maximè fareor, dū æqualis reddendi muneris impotem quidem, sed avidum, me profiteor, vt in hoc, quod possum, ingrati- tudinis notā non inurat; cuiusque enim, quantum- cumque in felicitate existēti, posse recompensationem beneficij fieri per exhibitionem honoris, & reverentiæ, edocet Ecclesiæ fulgentissimum iubar; nec debere me accepti vniquā obliuisci, quinimò nec sat esse gratè accepisse, nisi profusis id affectibus indicem, atque non tantum B. T. audiente, sed vbiq̃ue proclamem, monet idem S. Doct, ex Seneca. Hæc Gratiitudinis penna. Sed quod ad Religionem attinet, in memoriam revocantur, quæ pridem Africanæ Synodi ad Theodorum scribentes asseruerunt, nempe: antiquis regulis sancitum esse, vt quicquam, quamvis in remotis, vel in longinquo positis ageretur Provincijs, non prius tractandum, vel accipiendum esset, nisi ad notitiam almæ Sedis Apostolicæ fuisset deductum; vt eius auctoritate iusta quæ fuisset pronuntiatio firmaretur, indequè sumerent cœ- teræ Ecclesiæ, velut de natali suo fonte, prædicationis exordium, ac per diversas totius mundi regiones purita- tis incorruptæ manerent fidei Sacramenta salutis. Vnde & opusculum istud ad aras S. T. deferendum liquet. Et quidem si in eo B. T. aut voluntati ingratum, aut mēti contrariū à me, etsi intentione sana, prolaturū aliquid de-

deprehendatur, delere iube: non enim correctionem fugit, qui ad te confugit; si autem conforme, tue- ri dignare, & tua Apostolica benedictione roborare, vt sub tanto auspicio benevolè, ac libentè ab omnibus excipiat, vt spero excipiendum, cum de hoc bene- ficio Clericali præcipuè Ordini, sed in omnes Christi- colas redundanti, pro tollendis tot abusibus, & frau- dibus impenso grates plurimas vniversalis Ecclesiæ refe- rat, dum S. T. velut vigilantem vigam, rectam quidem, non curvam, semper vividam, numquā marcidam, innocentia, iustitiæque floribus vernantem, nullas tamē in terra radices habentem, sed Cœlesti imbre vegetatē, ac vt ollā, non vnā modò, sed triā, charitatis igne succē- sã, zelo fervescētē, & in adhibendis remedijs pro refor- matione tūm Clericorum, tūm Regularium, tūm Lai- corum assequenda, quæ Legum decretis, quæ pœnarum minis indefessè intentum reveretur, & plaudir. Sed quò progredi tentat calamus, obmutescente lingua? Tacco equidem: non enim valeo exprimere, quod de Sacerdote fidei iuxta cor Domini secundum ordinem Melchisedech sine Patre, sine Matre, & Genealogia sus- citato, qui se, non alium, Petri naviculæ Rectorem positum: sibi, non alteri, Piscatoris annulum à Deo im- positum continuè meditat, venit prædicandum: scio etiam me non satis id percipere, quampluraque alia ca- pacitatem meam transcendere: consultius autem esse præclara gesta silentio celebrare, quam non pro meritis laudare, quis ambigat? Si verò D. Innocentium Maxim!

Rhe.



Rhetoricis coloribus effingere nefas esset cuique; qui non est in arte Apelles, quomodó fas esse mihi imperitissimo arbitrabor? Licet verò, & libet (cum in alio, que T. B. debeo, nequeam rependere) et si indignissimo Dei Ministro, Altissimum enixè deprecari, vt Sanct. Tuam pro S. R. E. bono saluum, & incolumem ad multos annos conseruet. Diu vive, P. B. vt Ecclesia Dei, cui dignissimè præes, sanctissimè gubernetur. Hispali Kalend. Augusti 1695.

Beat. Tuæ

Sanctissimos deosculatur humillimè pedes minimus, & obsequentissimus seruus.

Dr. Valentinus Lamperez & Blazquez.

CEN.

CENSURA.

D. Doctoris D. Hieronymi de Abadia & Arençana, Insignis D. Antonij Seguntini primùm, Conchensis postmodùm Maioris Salmantini Collegij Alumni, ac S. Eccles. Oxomensis Canonici Lectoralis, nunc verò S. Metrop. ac Patriarchal. Hispal. Magistralis, Archidiæcesis Synodalis Iudicis, &c.

EX Commissione D. Doct. D. Iosephi de Bayas, Iudicis, & Vicarij Generalis per Illust. ac Reverend. D. D. Iacobum de Palafox & Cardona, Archiepiscopum Hispalensem, Regiumque Consiliarium &c. Legi explicationem Bullæ à SS. D. N. Innocentio XII. nuper expeditæ, quæ incipit: *Speculatores Domus Israel*. &c. A D. Doct. D. Valentino Lamperez & Blazquez, huius Almæ, & Patriarchalis Ecclesiæ Hispalensis Canonico meritissimo elaboratam: Opus quidè breve, sed profunditæ maximum; Opus argumento egregium, eruditione præstans, obiecto, & institutione vtilissimum: Opus in propositionibus clarum, in divisionibus discretum, in ratiocinationibus efficax: in philosophicis selectum, in moralibus securum, in theologicis sublime: in inveniendis facile, in eligendo dexterum, in exornando copiosum; in proponendo attentum, in consiliando prudens, in resolvendo maturum: varietate pulchrum, ingeniositate subtile, autoritate solidum. Sed quid immoror? Opus ita vndequaque perfectum, ita ex omni parte absolutum, quod omnem meam superat commendationem. Debita erant elogia tanto Authori, & ab amico, & Cōcanonico potiori iure proclamanda, sed mihi met vim faciens abstinere, timens, laudibus istius prudentissimi viri offendere modestiã; quare muneri Centoris satisfaciens, concludo dicens, quòd potest Typis mandari, vtpotè in eo nihil Fidei Catholicæ, bonisq; moribus contrarium repertur, pot' us omnia, quæ in eo tractantur, Sacræ Scripture testimonijs, Conciliorum, & Sanctorum Patrum doctrinis fulciuntur, Hispali, pridie Nonas Octobris, Anno Dñi. 1695.

Dr. D. Hieronymus de Abadia & Arençana.

Ku.



IUDICIUM REVERENDISSIMI P. PETRI ZAPATA, SO-
cietatis Iesu, in Insigni S. Reg. & Mart. Hermenegildi Hispalensi Colle-
gio S. Theol. diu. Professoris, studijque eius Generalis emeritissimi Praefecti, &
non semel Rectoris, Domus item Professoru, nunc vero totius Provincia Ba-
thica Praepositi Provincialis, S. Cath. Maj. Concionatoris, S. Inquisit. Qua-
lificatoris, huiusque Archiepiscopatus Synodalis Exa-
minatoris &c.

EX Commissione Domini Doctoris D. Iosephi de Bayas, Proviso-
 ris, & Vicarij Generalis huius Archiepiscopatus Hispalensis, vidi,
 & attentè perlustravi Tractatum, cuius titulus est: *Disciplina ve-*
tus Ecclesiastica à Sanctissimo D. N. D. Innocentio XII. Pont. Max.
instaurata in quo Dñs Doctor D. Valentinus Lamperez & Blaz-
quez, Canonicus Almæ Ecclesiæ Metropolitanæ, & Patriarchalis His-
palensis, & in eadem Moderator Cathedræ Theologiæ Moralis, Exa-
minatorque Synodalis & explicat Bullam eiusdem Sanctissimi
Domini Nostri Domini Innocentij, quæ incipit: Speculatores
Domus Israel, in eoque nihil inveni censura dignum, nihil non
solidum, nihilque Sacræ Fidei dogmatibus, & bonis moribus diffi-
num; sed omnia probabilia, & plura severioris disciplinæ documenta: &
omnes versiculos prædictæ Bullæ ita expendit, discutit, & illustrat,
tum pelluciditate, ac nitore eloquij; tum passim addens Concilio-
rum, ac Sanctorum Patrum testimonijs, & solidæ doctrinæ observatio-
nibus, ut mihi appareat opus omnibus numeris absolutum, & dignum
luce publica: imò vellem, quod nocturno, diuque omnium Ecclesiastico-
rum manibus teneretur, ut & ipsi gratias referrent Authori, eo quod stu-
dio pietatis in promovendos ad Sacros Ecclesiæ gradus, & Ordines ad-
ductus in hanc curam incubuerit. Plura de ipso Authore dicenda suppe-
terent; sed nota eius modestia calamum vltro volentem retardat. Et tan-
dem ut Censorem agam, iudico hoc opus Typis merito esse mandan-
dam ad communem Ecclesiasticorum utilitatem. In hac domo Profes-
forum Hispalensi Societatis Iesu. Quarto Idus Octobris Anno Domi-
ni 1695. Petrus Zapata.

Dr. P. Hermenegildo de Alarcón

APPRO,

APPROBATIO Rmi. P. Fr. DOMINICI LINCE, ORD.
Præd. in Sac. Theolog. Magistri, studij Generalis Hispalens. Colleg. Ma-
ioris D. Thomæ Aquinatis Regentis iubilati, Archiepiscopatus Synodalis
Examinatoris, & pro Prov. Batca in Comitij Generalibus
Romæ celebratis Definitoris Gene-
ralis, &c.

EX Commissione mihi intimata à D. Doctore D. Iosepho de Ba-
 yas, huius Hispalensis Archiepiscopatus Vicario Generali,
 summa voluptate, & sedula attentione perlegi Opusculum con-
 tinens doctrinalem explicationem Constitutionis Apostolicæ
 nupèr expeditæ à SS. D. N. D. Innocentio XII. Pont. Max. ad tollen-
 dos abusus, & fraudes, circa Ordinationem alienorum subditorum, fe-
 licitè elaboratum studio, & labore D. Doct. D. Valentini Lamperez &
 Blazquez, Canonici S. Metrop. Eccles. Hisp. Cathedratici Moralis
 Theologiæ, necnon Examinatoris Synodalis in hoc Archiepiscopatu:
 quod quidem nullatenus perlegi animo censurandi; sed desiderio addis-
 cendi, & congratulandi Authoris zelo, cuius eruditionem, spiritum,
 claritatem, & studiositatem oculari experimento cognosco proptèr
 nostram familiarem, & quotidianam communicationem, & colloquia
 de rebus concernentibus, tam Theologiam scholasticam, quam Mora-
 lem, vel positivam. Vnde in hoc opusculo vidi, quod à me prævisum
 est in Authore; inveni, quod expectavi, nimirum, doctrinam sanam, &
 veridicam sine admixtione alicuius propositionis erroneæ, aut repre-
 hensibilis, de quo nunquam dubitavi; quis enim potest rationabiliter
 præsumere à bono, & fructifero arbore produci malum, & infruc-
 tuosum fructum? Itaque vidi omnes, & singulas clausulas huius Apo-
 stolicæ constitutionis summa eruditione, & claritate Authoris esse exac-
 te, & sincere enucleatas, & expositas, expositione consona verbi, & in-
 tentioni Legislatoris: summa conformitate cum Decretis Concilij Tri-
 dentini, & reliqui anterioribus Concilijs; quaproptèr in hac explica-
 tione nihil dignoscitur omissum, quod aliquo modo possit desiderari, ad
 exactam, sinceram, & veridicam expositionem huius Apostolicæ
 constitutionis; imò præter claram, & substantialem explicationem ipsius
 adiungit Author plura documenta, & monita salutaria, proficua ad in-
 struendum, dirigendum, & illuminandum Ecclesiasticos ordinandos, qui
 aspirant ad legitimam receptionem Sacrorum Ordinum, quæ quidem
 constat esse fidelitè deducta ex Apostolicarum constitutionum medulla
 & firmitè corroborata varijs testimonijs Sacræ Scripturæ, & doctrina SS.
 Patrum; quo circa audeam asserere, expositorè in discursu huius Opus-
 culi


LICENCIA DEL CONSEJO.

Joseph Francisco de Aguiriano, Escrivano de Camara de el Rey N. Señor, de los que en su Consejo residen, certifico que aviendose presentado ante los Señores de él, por parte de el Dr. Don Valentin Lamperez y Blazquez, Canonigo de la Santa Iglesia Metropolitana de Sevilla, Examinador Synodal de su Arçobispado, y Cathedratico de Moral, vn Libro intitulado: *Disciplina vetus Ecclesiastica à SS. D. N. D. Innocentio XII. Pont. Max. instaurata*; por los dichos Señores visto, dieron licencia para que le pudiese imprimir, guardando las Leyes, el qual va rubricado cada oja, y firmado á el fin del de mi nombre, y mandaron, que despues de impresso se trayga á el Consejo, para que se tasse el precio, que por cada volumen huviere de aver, y para que conste de pedimento del luso dicho, y mandamiento de dichos Señores de el Consejo, doy la presente en Madrid á ocho dias del mes de Margo de mil seiscientos y noventa y seis años.

Joseph Francisco de Aguiriano.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 1. lin. 10. vsus iuris leg. vsus iuris, pag. 2. l. 17. & vniuersalem œcumenicum leg. vniuersalem, & œcumenicum, ibid. l. penult. omni leg. omni, pag. 4. l. 15. subija cete leg. subija, etc. pag. 10. l. 10. up. leg. sup. pag. 12. l. 24. videtur leg. videretur pag. 15. l. 12. s. ræti leg. s. ræta, pag. 18. l. 6. prædicationis leg. conuersationis pag. 12. l. 26. ceditia leg. redificia ibid. l. vlt. artificij leg. artificij pag. 24. l. 11. collatum. leg. collatum. ibid. l. 28. egreditur. leg. egreditur. pag. 25. l. 19. ex ectatur leg. expectatur. pag. 25. l. 31. verbo leg. verba, pag. 28. l. 11. quis autem erit, leg. quis autem est p. g. 30. l. 18. admirationem leg. ad imitationem pag. 34. l. penult. Ecclesiastici. leg. Ecclesiastici pag. 40. l. 24. in Horto. adde seu Cruce pag. 52. l. 23. ordinatione, Pauli leg. Ordinatione Pauli. ibid. l. 30. ieiunio. leg. ieiunia. pag. 54. l. 10. Ital. leg. Ital. ibid. lin. penult. accessit, leg. accessit. pag. 56. l. penult. ad nostrum; propositum. leg. ad nostrum propositum pag. 58. l. 22. Ordinationis leg. Ordinationis. pag. 60. l. 8. allegat 1. n. 21. adde & Pater Gohata in Alphab. Ord. n. 453. refert, id observatum. in quodam Episcopatu Germaniæ, qui etiam testatur n. 452. de consuetudine Diocesis Constantiensis conferendi Ordines minores manè ferix 6. quatuor tempor. pag. 69. l. 4. nescio. adde. nec satis concipio. pag. 71. l. 31. Burgidaleus leg. Burdigaleus pag. 72. l. 11. ædificium ruat necesse, est tum. leg. ædificium ruat, necesse est, tum. pag. 74. l. 19. qui sunt leg. qui sint. pag. 77. l. 20. approbato leg. probato pag. 78. h. 30. præterea. leg. pro, terea. pag. 79. l. 8. Burgidaleus leg. Burdigaleus. ibid. l. 23. propentione, ad vitam leg. propensione ad vitam. ibid. l. penult. has informationes. leg. las inf. rmaciones. pag. 81. l. 3. á isa leg. á las ibid. l. 30. irina à populo leg. trina à populo pag. 86. l. 2.



culi nullam novam doctrinam proponere quoad substantiam; sed solummodo addidisse novam claritatem, splendorem, & ordinem antiquæ, & veridicæ doctrinæ Sanctorum Patrum, & sapientiorum Theologorum per vtilem profectui, & directioni Ordinandorum; in quo Author observat documentum præscriptum à Vincentio Lirenensi, & directum vniuersaliter ad omnes Scriptores, & Interpretes Ecclesiasticos his verbis: *Spiritualis Tabernaculi custos præciosas Divini dogmatis gemmas sculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adijce claritatem, intelligatur te exponente illustratum, quod antea obscurius credebatur, per te posteritas intellectum gratuletur, quod antea vetustas non intellectum venerabatur, eam tamen doctrinam, quam didicisti, ita doce, ut cum dicas novè, non dicas novæ*

Lineatim igitur perlegendo hoc Opusculum nihil in illo reperi dissonum Fidei Catholicæ, nec adversum bonis, & Christianis moribus; imò vidi illum esse refertum sana doctrina, & documentis salutaribus, & perutilibus Republicæ Ecclesiasticæ, & præcipuè illis, qui aspirant ad Sacros Ordines, ne præcipitantè præterendant promoveri ad illos sine perfectione, & qualitatibus præscriptis in hac constitutione Apostolica; nec dubito hunc tractatum fore pergratissimum, & summè proficuum Illustrissimis Dominis Prelatis Ordinarijs, ad quos de iure spectat legitima Collatio Sacrorum Ordinum, qui præ manibus, & oculis habentes monita, & advertentias contentas in hoc Opusculo, sine dubio excitabuntur ad vigilantè, & advertentè impediendum transgressionem huius Apostolicæ constitutionis, & ad sollicitandum eius debitam observationem, reiiciendo à collatione Sacrorum Ordinum illos, in quibus non repererint dotes, & perfectiones debitas, & repellendo, quos viderint accedere ad mensam Dominicam, & ad pertractanda ministeria Sacra sine veste nuptiali, nimirum, sine ornamento virtutum, & perfectionum, quibus debent adornari Ecclesiastici, ut legitime promoveantur ad Sacros Ordines.

Prodeat in lucem communem hoc Opusculum, & Typis mandetur, ut eius luce illuminentur insipientes, & sapientes delectentur suavi odore tam doctrinæ: sic firmitè iudico, salvo meliori, in hoc Collegio Maiori Hispalensi D. Thomæ Aquinatis die 17. Octobris Anno Dni. 1695.

Fr. Dominicus Linze.

LI.



SENTENTIA DOMINI D. IOSEPHI
de la Torre & Orumbella, I. V. Doctoris S.
Metropolitanae Valentinae Ecclesiae Canonici
Doctoralis, & Regni Valentinae pro sua al-
ma Ecclesia Deputati, Archiepiscopatus
Synodalis Iudicis, Sacrorum Cano-
num Primarij Interpre-
ris, &c.

I Vssu Supremi Castellae Seuatus sedulo
 perlegi aureū opus inscriptum: *Discipli-*
na vetus Ecclesiastica à SS. D. N. D. In-
nocentio XII. Pontifice Maximo instaurata.
 Auctore Doct. D. Valentino Lamperez &
 Blazquez, Sanctae Metropolitanæ Ecclesiae
 Hispalensis Canonico, Moralis Theologiae
 in eadem alma Ecclesia Professore, Synodaliq;
 Examinatore. Mirum profecto opus! mole
 exiguum, ingens doctrina iuxta, & eruditio-
 ne. In vestibulo Bullam tãquam lapidem an-
 gularē ob oculos ponit, quo super ædificij
 structuram, fastigiumque molitur. Sanctif-
 simus Innocentius, *Vir totus ex sapientia,*
virintibusque factus Prædecessorum Bullas,
Conciliorum Decreta, Ecclesiae Patrum sen-
rentias, veteremque disciplinam Ecclesiasti-
cam, quasi collabentem fulcit, & novo iuba-
re perfundit, vt cum Tertulliano: Novam rem
aggredimur ex veterē -- vetustate nobilem,
novitate felicem. Plura enim verò Canonica
 Decreta adamussim à Summis Pontificibus, &
 Concilij condita, desuetudine, seu socordia
 enervata emarcuerant.

Boetius de Consolat.
lib. 2. Prof. 4.

Tertul. adversus
Marcionem lib. 1.
cap. 1.
Idem de Pallio cap. 1.

Aurel. Prudent.
in Psychomachia.

Nunc, inclinatis cervicibus ad iugum vite
Deteriora trahi, seseque addicere noxis
Turpibus, & propria iacturã ferre salutis.

At

At sicut fumosa favilla adnoto lumine, flammã
 amissam recipit; haud aliter novo Ecclesie So-
 lis lumine, & zelus Domus Dñi. spirante af-
 flatu, priscam canitiem Leges resument, &
 instauratæ reservescent. Numquid dignas
 summo Pastori rependendi grates quisquam
 potis erit? Nec totus profecto Christianus
 Orbis. Nihil ultra Ecclesie magis proficuum,
 quam ad Sacros Ordines, & arduum Sacerdo-
 tij culmen, aditus indignis occludere, beneme-
 rentibus referare. *Sicut, qui mittit lapidem*
in acervum Mercurij: ita qui tribuit inspi-
ti honorem, & cum Minutio: vanus error ho-
minis, & inanis cultus Dignitatis, fulgere
in purpura, memine sordescere. Complures fanè
 irrepserant abusus, malefactorum ope, haud
 illi dissimiles, quem recenset Falco Beneven-
 tanus, nisi irum Philippo Gallie Rege virgen-
 te, seu potius Ioanne eius filio, Umberto
 Principem, qui sese Delfinatu exuerat, vnico
 die Sacris Ordinibus inauguratum, ne inter-
 cedente spatio, Canonicisve intervallis à re-
 nuntiatione resiliet. Heu dolor! quam seve-
 rum ferri candentis iudicium aurea lingua D.
 Chrysostomus comminatur: *Laicus in die*
Indicij Stulam Sacerdotalem accipiet, & à
Deo Chrismate ungetur in Sacerdotem; Sa-
cerdos autem peccator spoliabitur Sacerdotij
dignitate. Septem Sacrum Cathecumeno-
 rum lavaerum scrutinia anteibant, vt refert
 Albinus, aurificis propemodum statera, non
 populari trutina examen ad Ordines candi-
 datorum serio perficiendum. Romulus (Ha-
 licarnasei verbis utar) *Cum alij quodãmodò,*
& inconsideratè eligant Sacerdotes, & alij
 cen-

Proverb. 26. 8.
Suidas, & Hesychius
de Acervo Mercurij.
luculentius D. Isido-
rus in Glos.
Minutius Felix in
Octav.

Falco Beneventan. in
Chronic. anno 1118.

D. Ioan. Chrysostom.
Hom. 40.

Albinus Flacus de
Divinis Offic. ca. 19.

Dionis. Halicarna-
sens lib. 12. cap. 3.



censeant huius honoris pretium voci præconis subijciendum; alij vero Sacerdotia sorte dividunt: ipse (Romulus) Sacerdotia, neque venalia esse, neque sorte dividi voluit: sed legem tulit, qua iussit ex singulis Curijs creari duos, qui annum ætatis quinquagesimum iam præterissent, qui & genere alijs præstarent, & virtute essent insignes, & censum sufficientem haberent, & corpore essent integro. Si in Ethnicorum Sacerdotum delectu tam insignem præstantiam Romulus requirebat, Sacerdotum inquam, qui Dijs (cum D. Gregorio) ligneis, & lapideis serviebant. Quo studio, sollicitudine, imò (vt cum Ennodio dicere ausim) & ex agella, deligendi, qui Sacerdotium, vt agnum immaculatum immolent, avidè ambiunt. S. Leo, scribens ad Dorum Beneventanum Episcopum, mirum est quantum mœreat de everfis, in promovendis ad Sacra, legibus: Iudicium, quod de te sperabamus, dolemus esse frustratum, quando ea te commississe perspicimus, quæ omnem Ecclesiasticæ sanctionis regulam culpabili novitæ fæderent. & Vnde miramur te, quem auctoritatum Apostolicæ Sedis, observantissimum esse convenerat, tam negligentè, ac potius insolentè egisse, vt traditarum tibi legum, non custos, sed transgressor existeres. & cognovimus apud te novo ambitu, fædoque colluvio Presbyterij Ordinem fuisse turbatum. & c. At Sanctissimus Pontifex hisce, & alijs salutaribus Decretis, Ecclesiasticam disciplinam ab imminente discrimine vindicat: inde cunctis spes oborta nostrum sæculum vitij pridem affluens, virtutum ferax dein concelebrandum,

D. Greg. lib. 4. Epist. 31. relat. à Gratian. in cap. Sacerdotibus 41. 11. quas. Ennod. Ticenenc. in vita S. Epiphanijs. S. Leo. Pap. Epist. 5.

Em. Card. Gabr Paleot. Episcop. Bononien. in Episcopali Bononien part. 3. Serm. de Sacram. Ordin. pag. mibi 151. Prudent. in Pfi-chomachia.

dum, & præteritorum quamquam dolor feriat, præsentaneum remedium leniet; prestolandumque perinde, vt autumo, fici fructū in vinea Ecclesiæ ex cultæ, non temporum vicissitudini obnoxium, imò perpetem fore. Quam parabolam ad mores, & probitatem candidatorum ad Ordines, disertè exponit eruditissimus vir, nedum purpura, & scriptis, sed & animarum profectus zelo illustris.

Atq; ubi peccatum regnaverit, aurea Templi Atria constituens, texat spectamine morum Ornamenta animæ: quibus oblectat a decoro Eternum folio dives sapientia regnet.

Sed quid diutiùs immoror subdens soli faculas, cū liber isthic indefesso studio, lectissimaq; eruditione concinnatus nihil vitra desiderandum relinquat, flores quippè Sacrarum, politicarumq; litterarum extra ordinem vagantes, apis instar argumentosæ, Auctor decerpens, distendit nectare cellas, seu Bullæ clausulas; atq; ingenij, quo pollet, acumine, mēti, & verbis Sanctissimi Pontif. luculentèr attemperat. Inde Librum, Sanctorum Patrum, Conciliorum, & Sacræ Politicæ medullam, aut Ecclesiasticorum speculum, inscribi posse censeo: tantum abest, vt quidquam à fide Orthodoxa devium, aut Christianis moribus, Iuribusq; regalibus adversans, redeat. Matrili Kalendis Martijs anno à Christo nato 1696.

D. Iosephus de la Torre & Orumbella.



AD LECTOREM.

Accipe, Benevole Lector, hæc pauca obsequij tui amore congesta, & si non satis diggesta, ut lucem præferant ad intelligentiam nuperrimæ SS. D. N. D. Innoc XII. constitutionis, & consonantiam demonstrant cum aliorum Prædecessorum suorum legibus, ad probationem, non nova in ea induci, sed vetera collabentia quasi fulcris reparari. Nolo te admonere de reverentia debita Apostolicis Decretis, te Pontificijs Bullis; iuste enim suspicor, te offensum iri, cum sis nedum Catholicus, sed & Ecclesiasticus. Primus discendi ardor, nobilitas est Magistri. Quis sapientior, quis sanctior, quis nobilior Rom. Pontifice? Spirituales igitur aures erige, & audi attentè disciplinam SS. Patris N. D. Innocentij, qui exaltatus in Ecclesia plebis Romanam Cathedram conscendit, ut te erudiat; amplectere doctrinam eius, & scribe Decreta ista, non in tabulis lapideis, sed in præcordijs tuis, ut tibi sint Lex vitæ, & disciplinæ, non mortis, & supplicij; infelix enim est, qui disciplinam abjicit. Non me consideres hic loquentem, sed quid SS. quid Sacri Canones decernant, quid Ecclesiæ Patres, & DD. doceant (quantum privato homini fas est) indignantem. Plura quidem sunt omissa, sed legenti tibi attentè occurrent, per facileque erit, inventis addere: maloque te brevitare voluminis ad lectionem invitari, quam ipsius mole vel so-
lum

lum visa deterreri. Certè plures suppetunt libri, si studium non desit addiscendi. Generalis est huius expositionis doct. ina, sicut vniversalis est Bulla. Si in aliquo te reprehensum, inuenis, non mihi, sed tibi tribue, qui reprehensione digna admisisti; sed te vera nullius offensionem intendo, et si quandoque, quod zelus dicat, transcribam. Nec idè putes in Hispania Disciplinam Ecclesiasticam collapsam, seu fraudes, & abusus, de quibus in hac constitutione, accidisse, quia Hispanum, & in Hispania me scribentem agnoscis: erras siquidem, si ita argumentaris. Vale, & ora pro me, ne qui meliora probo, deteriora sequar.

NOTA,

Duplex est legis interpretatio: alia juridica, seu canonica: alia doctrinalis, seu merè probabilis. Prima à solo Legislatore, seu ab habete specialem eius cõmissionẽ procedit. Secunda verò cuilibet Doctõri permissa est, dum Legislatoris menti non repugnat. Primo modo procedit Sum. Pontif. cum constitutiones suas, seu Prædecessorum suorum, aut Conciliorum Generalium declarat. V.g. ut fecit S. Pius V. Decreta aliqua Trident. declarando. Ita quoque procedit Sac. Congreg. EE. DD. Card. S. Conc. Trident. Interpret. Secundo modo processere alij DD. qui sup. Concil. Trident. scripserunt, seu Bullas Pontificum scholiarunt. I. interpretatio, seu declaratio habet vim legis, si cætera concurrant. Secunda verò nullam aliam habet auctoritatem, præter intrinsecam rationum, seu extrinsecam AA: me autem



in hac expositione secundo modo procedere, nec ve-
 lle arrogate mihi met, quod proprium est Superioris, qui
 legem condidit, præveniendò declarationem Roman.
 Pontif. seu Sacr. Congreg. sed veluti Ecclesiæ obsequen-
 tissimum filium in omnibus me illis submittere, & ab
 ipsis canonicam dubiorum, quæ super hac Bulla emer-
 gant expositionem, esse expetendam etsi nemo ambi-
 gere possit, ita profiteor, iterum, iterumque testabor.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words like 'NOTA' and 'RE' are visible.]


I E S V S.
 DISCIPLINA VETUS

ECCLESIASTICA A SANCTISSIMO D. N.

D. Innocentio XII. Pontif. Max.
 instaurata.

INTRODUCTIO.

SAnctissimus noster in Christo Pater, & Domi-
 nus, D. Innocentius, Divina Providentia Pa-
 pa XII. materiam reformationis, cui à princi-
 pio suæ felicissimæ toti Ecclesiæ in summum
 Pontificatum assumptionis pro suo, quo ardet zelo,
 ac tuendæ, immò & instaurandæ disciplinæ Eccle-
 siasticæ studio totis viribus intendit, prosequens, no-
 vissimè Apostolicam constitutionem expedit pro to-
 llendis abusibus, & fraudibus, quibus aliqui, & non
 pauci, ad recipiendos Ordines ab alienis Prælati-
 bus, considerans autem, non sine magno gaudio,
 quod ex eius sententiosis, & prægnantibus clausulis,
 quamplurima ad Ecclesiasticorum instructionem sa-
 lutaria monita erui possunt; & quod, licet ex se cla-
 re sint, & explicatione non indigeant quoad sapien-
 tes; tamen, non solum istis, sed & insipientibus, seu mi-
 nus doctis, debitores sumus, qui quidem fortasse
 medullam, quam in se includunt, enucleare non po-
 terunt



terunt; immo & aliquas difficultates in simplici
earum intelligentia inuenient: sciens etiam, quamplu-
ribus in desiderio esse, præ manibus hanc Bullam ha-
bere, & noscere, quid in ea declaretur, & decernatur,
vt possint id obseruare, & inoffenso decurrere pede per
doctrinas aliquorum grauium Auctorum, qui ante huius
Bullæ expeditionem de rebus, & punctis, quæ in ea
tractantur, se ipsere, quorum opiniones iam non sunt
probabiles, quatenus ad terminos huius Apostoli-
cæ Constitutionis non reducantur, vt constans est
apud omnes, licet tenuitas, & insufficientia mea, quam
sine fictione fateor, autem quam pateat, & alia iustæ
rationes possunt me retrahere, & in silentio continere,
donec alius maiori spiritu, & litteris præditus, votis
omnium responderet; mei tamen in communem
ordinandorum, & ordinariorum profectum cooperan-
di desiderij stymulo agitur, calamum sumo, non do-
cendi animo, sed alijs communicandi, quod ad meam
directionem, & muneris mei adimplerionem, lectio-
ne, & studio super hanc Bullam facto comparavi.
Quidquid autem dixerò, maiori, qua possum, & de-
beo, humilitate, & ueneratione Sanctæ Apostolicæ
Sedis, ueritatis legitimæ Cathedræ correctioni subji-
cio, quin uelim, aut presumam, quod hæc mea
explicatio, glossæ, aut notulæ maiorem sibi uendicent
auctoritatem, quam sententiarum, & rationum alle-
gandarum pondus meruerit, & sapientum viro-
rum approbatio, quarum iudicio eas subomitto,
dare

dare uoluerit. Faxit Deus, vt cuncta in maio-
rem sui gloriam, & proximorum utilitatem eue-
niant. Vt autem claritate aliqua procedam, in
particulas diuido Bullam, quæ de uerbo ad uerbum
relata est tenoris sequentis.

SANCTISSIMI D. N.

D. INNOCENTII DIVINA PROVIDENTIA
Papæ XII. Constitutio, qua plura declarantur, ac præ-
scribuntur, pro tollendis abusibus, & fraudibus,
circâ Ordinationes alienorum
Subditorum.

INNOCENTIVS
SERuus SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI
MEMORIAM.



SPECVLATORES Domus Israel,
quæ est Sancta Dei Ecclesia, per ineffa-
bilem Diuinæ Bonitatis abundan-
tiam constituti, 2. cõ potissimum
ab ipsis Pontificatus Nostri primor-
dijs Pastoralis uigilantiæ nostræ stu-
dia conuertenda esse duximus, 3. vt qui in sortem Do-
mini uocantur, sacrisque addicuntur ministerijs, 4. qui
ppè



pp̄e quos irreprehensibiles esse convenit, vt præesse
valeant corrigendis, 5. ac in quos tanquam in specu-
lum reliqui oculos conijciunt, 6. exijsque sumunt, quod
imitentur, 7. tales sint, qui dignè possint Dominica Sacra-
menta tractare, 8. ac ædificent cunctos, tam fidei scientia,
quam operum disciplina. 9. Sanè hoc inito consilio,
non alios, quantum fieri potest, quàm qui in sancti-
tate, & iustitia, 10. per ordinatissimos Ecclesiasticæ
Militiæ gradus, 11. stas intervallis ambulaverint, 12.
ac piè, & fideliter in ministerijs antea actis se gesserint,
ad Sacerdotium assumi, 13. sacrasque ordinationes
iuxta priscum Ecclesiæ morem, præscriptis à iure
temporibus orationi, & ieiunio consecratis, haberi
cupientes, 14. severiorem quamdam in concedendis
Indultis suscipiendi Sacros Ordines extra tempora hu-
iusmodi, & interstitijs ad id designatis mininè serva-
tis, vltro Nobis proposuimus adhibendam rationem,
15. quâ videlicet servata, ante meritum laboris, ante
tempus examinis, ante experientiam disciplinæ Sacer-
dotalis honor non probatis minimè tribuatur, 16. nec
vnquam heri sacrilegi, hodie Sacerdotes, heri prophæ-
ni, hodie factorum Antistites, veteres vitio, virtute
rudes, & recentes, discipuli simul, ac Magistri pietatis
creentur, 17. sed ij tantùm, iuxta constitutas à Ma-
ioribus Leges, 18. ab humili gradu fidelis Populi ad
sacrarum administrationum sublimitatem promo-
veantur, 19. qui post mutatum habitum sæcularem
diuturna conversatione inter Clericos fuerint compro-
bati

bati, 20. ac multo tempore didicerint, quæ postmo-
dum alios docere tenentur. 21. Cæterùm per ea ipsa
Indulta, quæ super præmissis parcius quidem, ac ex
certis tantùm, & magis rationabilibus causis cõcedere de-
crevimus, contra iia quavis illorũ interpretatione peni-
tũs improbata, 22. salutarem illam, quam sacri Genè-
ralis Tridentini Concilij Decreta de non ordinandis
ad patrimonij titulum, nisi illis, quos Episcopi pro
necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum assu-
mendos iudicaverint, præscribunt, disciplinam ne-
quaquam relaxatam intelligi; 23. quinimò nec vn-
quam ad Indulta huiusmodi exequenda Episcopos ip-
sos arctare, sed illorum executionem arbitrio semper
eorumdem Episcoporum, quorum conscientias hac
in re strictissimè oneratas voluimus, prorsus relinque-
re declaravimus; 24. sperantes in Domino eos, qui
iuxta Apostoli monitum, nemini citò manus impo-
nendas esse probè norunt, 25. sibi, & vniverso gre-
gi attendentes, in quo eos posuit Spiritus Sanctus re-
gere Ecclesiam Dei, 26. reverenda ipsis Spiritibus Ange-
licis ministeria ab hominibus, sine consideratione ap-
prehendi numquam permitturos, 27. nec temerè præ-
ripi passuros, quæ vita probata dũtaxat accipere prome-
retur, 28. omnes insuper, & singulos cuiuscumque tandè
gradus, Ordinis, & dignitatis fuerint, quibus ex hu-
ius Sanctæ Sedis gratia Ordines præfatos extra eadem
tempora conferendi, vel alijs, vt illos sic conferre
valeant, indulgendi potestas fieri consuevit, cum di-
vino



vinos Ordines largiri districti semper esse iudicij oporteat, seridè moni os volumus, vt præscriptos sibi desuper in suis quicquid facultatibus terminos religiose custodiant, nec eos cuiusvis consuetudinis, aut exempli prætextu vlltanus transgrediantur. 29. Verùm quò impensius Apostolicæ gubernationis curam, & cogitationes in hæc intendimus, eò maiori cū animi nostri dolore ex quamplurium Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis Regionibus existentium delatis ad Nos querelis accipimus, 30. graviora quotidie malignari inimicum in Sancto, sacrilega scilicet illorum impudentia in dies crescente, qui propriæ salutis immemores, Clericales Ordines sibi forsân à proprijs Præulibus denegatos, seu quas, aliquibus Canonicis sibi obstantibus impedimentis, denegati meritò verentur, ab alienis Episcopis, non quæ Iesu-Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent Oves, in animarum suarum perniciem quærentibus, nec tot Canonicas damnationes contra vsarpantes alienæ plebis hominem latis per horrescentibus, absque suorum Prælatorum comite, hoc est, dimissorijs, commendatitijs ve eorum litteris destituti, quinimò eis inscijs, & sæpè etiam invicis, sub minus legitimis Beneficij Ecclesiastici, Originis, Domicilij, seu etiam Familiaritatis, ac continuæ Ordinum Episcoporum commensalitatatis quæstis titulis, in sacrarum legum fraudem, & contemptum, illegitimè fuscipiunt, 31. atque ita non intrantes per ostium

ostium, & nihilominus Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, sacrificium in sacrilegium convertunt, iudicium absque misericordia sibi consciscunt, Deo que minimè placentes, & tamen placare velle presumentes, non modo cum non placant, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere: non requiret. 32. Hinc est quod Nos ex commissæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala huiusmodi penitus, & omninò, è medio tollere, ac irreligiosam contrafacientium audaciam, quantum Nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes, 33. nec non sel. re. Vibani VIII. contra malè ordinantes, & malè ordinatos, quæ incipit: *Secretis*, aliorum que Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac etiam Conciliaribus hac in re editis Constitutionibus, & Ordinationibus inhærentes, illasque quoad ea, quæ præsentibus non adversantur, quatenus opus sit, innovantes, 34. de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium eiusdem Concilij Tridentini Interpretum, qui quæcumque antehac super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita decreta, declarationes, seu responsa ad earundem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, 35. ad Omnipotentis Dei Gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris



teris disciplinae instaurationem, totiusque Christiani
Populi aedificatione, 36. hac generali nostra, & perpetuo
valitura Constitutione, decernimus, & declaramus, 37.
nulli Episcopo, seu cuiusvis loci Ordinario, tametsi
Cardinalatus honore fulgeat, licere, 38. exterum quem-
piam, ac sibi ratione Originis, seu Domicilij, iuxta
modum inferius declarandum, legitime contracti
non Subditum ad Clericalem tonsuram promoveri, cu-
iusvis Beneficij Ecclesiastici ei statim, ac tonsura huius-
modi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is a Pa-
tronis iam praesentatus, seu nominatus fuerit, praetex-
tu, etiamsi Beneficium praedictum de novo ea expre-
sse adiecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis
immediate post Clericalem Characterem susceptum ad
illud instituatur. 39. Praeterea Clericum, qui legitime
iam a proprio Episcopo ad eandem Clericalem tonsu-
ram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit,
non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cuiuscum-
que Beneficij in illius Dioecesi obtenti ad ulteriores
Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem
Testimoniales litteras proprii Episcopi, tam Originis,
quam Domicilij super suis Natalibus, aetate, moribus, &
vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo Ordinanti
in actis illius Curiae conservandas exhibuerit. 40. Licet
vero Clericus ratione cuiusvis Beneficij in aliena Dioe-
cesi obtenti subijci dicatur Iurisdictioni illius Episco-
pi, in cuius Dioecesi Beneficium huiusmodi situm est,
eam tamen de caetero hac in re inconcuse servari volu-
mus

mus Regula, ut nemo eiusmodi subiectionem ad effe-
ctum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Be-
neficium praedictum eius sit redditus, ut ad congruam
vitae sustentationem sive iuxta Taxam Synodalem, si-
ve, ea deficiente, iuxta morem Regionis pro promo-
vendis ad Sacros Ordines, deductis oneribus, per se su-
fficiat, illudque ab Ordinando pacifice possideatur,
sublata quacumque facultate supplendi, quod defice-
ret fructibus eiusdem Beneficij cum adiectione Patri-
monij, etiam pinguis, quod ipse ordinandus in eadem,
seu alia quavis Dioecesi obtineret, ac Episcopus sic Or-
dinans tam de praedictis Testimonialibus Litteris,
quam de redditu Beneficij huiusmodi expressam in con-
suetam collatorum Ordinum attestatione mentionem
facere debet. 41. Coeterum Subditus ratione Originis
is tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter or-
tus est in ea Dioecesi, in qua ad Ordines promoveri de-
siderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex acci-
denti, occasione nimirum itineris, Officij, Legationis,
Mercaturae, vel cuiusvis alterius temporalis morae, seu
permanentiae eius Partis in illo loco, quo casu nullatenus
eiusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum, & natu-
ralis Patris origo erit attendenda. 42. Quod si quis
tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti,
sicut praemittitur, natus est, moram traxerit, ut potue-
rit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc
etiam ab Ordinario eius loci litteras Testimoniales, ut
supra, obtinere, illasque Episcopo Ordinanti per eum



in collatorum Ordinum Testimonio similiter recen-
sendas præsentare teneatur. 43. At si Pater in alieno lo-
co, ubi eius filius natus est, tandiù, ac eo animo per-
miserit, ut inibi verè Domicilium de Iure contraxerit
tunc non origo Patris, sed Domicilium per Patrem le-
gitimè, ut præfertur, contractum pro Ordinatione
eiusdem filij attendi debeat. 44. Subditus autem ratio-
ne Domicilij ad effectum suscipiendi Ordines is dum-
taxat censetur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen
ad eò stabilitè constituerit in aliquo loco, ut vel per
decennium saltè in eo habitando, vel maiorem re-
rum, ac bonorum suorum partem cum instructis Ædi-
bus in locum huiusmodi transferendo, ibique insuper
per aliquod considerabile tempus commorando, satis
superque suum perpetuò ibidem permanendi animum
demonstraverit; & nihilominus ulterius utroque casu
se verè, & realitè animum huiusmodi habere iure-
iurando affirmet. 45. Si quis tamen à propriæ originis
loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui canoni-
co impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarij sue
originis testimoniales litteras, ut supra, afferre debet,
ac de illis expressà similiter mentio in susceptorum
Ordinum Litteris facienda erit. 46. Ad hæc nullus
Episcopus alienæ Dicecesis Subditum Familiarem suum
ad aliquos Sacros, seu Minores Ordines, vel etiam pri-
mam tonsuram promovere, seu ordinare præsumat
absq̃ eius proprii originis scilicet, seu Domicilij Prælati
Testimonialibus Litteris, ut supra, & nisi ad præscrip-
tum

tum Concilij Tridentini præfati Sess. xxiij. Cap. ix.
De Reform. Familiarem prædictum per integrum, &
completum triennium in suo actuali servitio secum re-
tinerit, ac suis sumptibus aluerit; Beneficium insuper,
quod ei ad vitam sustentandam, iuxta modum superius
præfinitum, sufficiat, quacumque fraude cessante,
statim, hoc est, saltè in trahat terminum unius mensis à die
factæ Ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in Ordina-
tionis huiusmodi Testimonio expressam itidem fami-
liaritatis, ac litterarum prædictarum mentionem face-
re teneatur. 47. Porro, ut quicumque fraudibus aditus
omniò præcludatur, volumus, & Apostolica Autho-
ritate statuimus, atque decernimus, ut Episcopus qui-
libet suos ratione originis, siue Domicilij Subditos Cle-
ricos quoscumque ab alienis Episcopis quavis autho-
ritate, etiam cum suis commendatitijs litteris promotos,
nedù ad formam Concilij Tridentini supra dicti Sess. xiv.
Cap. iij. De Reform. quoad scientiam examinare va-
leat, verum etiam Ordinum eis collatorum Testimo-
niales litteras, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter
perquirere, an quoad illos præsentis Constitutionis for-
ma, & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promo-
tis termino competenti ei magis benevisò ad docen-
dum de eiusmodi adimplemento, ita ut quos eo termi-
no elapso id minimè præstitisse compereit, à suscepto-
rum Ordinum exercitio, si ita, & quamdiù ei expedire
videbitur, suspendere, illisque, ne in Altari, aut in ali-
quo Ordine ministrent, interdicare possit. 48. Ita ve-



ro præmissa omnia, & singula perpetuò, ac inviolabi-
liter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in
ijsdem præmissis, seu eorum aliquo secùs fiat, Ordinans
quidem à Collatione Ordinum per annum, Ordinatus
verò à susceptorum Ordinum executione, quamdiù
proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspen-
sus sit, alijsque insuper gravioribus pœnis pro modo
culpe nostro, & pro tempore existentis Romani Pon-
tificis arbitrio infligendis uterque subiaceat. Decernen-
tes pariter easdem presentes litteras semper firmas, va-
lidas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, &
integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos
spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in
omnibus, & per omnia plenissimè, & inviolabiliter
observari. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudi-
ces Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii
Apostolici Auditores, ac eiusdem S. R. E. Cardinales
etiam de latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios,
aliosvè quoslibet quacumque præminencia, & potes-
tate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cui-
libet quavis aliter iudicandi, & interpretandi faculta-
te, & autoritate, ubique iudicari, & definiti debere,
ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam qua-
vis autoritate scienter, vel ignorantèr contigerit atten-
tari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus,
& Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis
etiam Iuramento, confirmatione Apostolica, aut quavis
firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus;

Pri-

Fol. r.
Privilegijs quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis sub
quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum
quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque
efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, &
alijs decretis, etiam motu, scientia, & potestatis pleni-
tudine paribus in genere, vel in specie, seu alias quomo-
dolibet in contrarium præmissorum concessis, confir-
matis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam
si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque
totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & indi-
vidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausu-
las generales idem importantes, mentio, seu quavis
alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma
ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulo-
rum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur,
& inferrentur, nihil penitus omisso, & forma in illis
tradita observata, eisdem præsentibus pro expressis, &
insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentis
ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat speciali-
tèr, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs qui-
buscumque. 49. Volumus autem, ut præsentis Litteræ
in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Princi-
pis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac
in Acie Campi Floræ de Vibe, ut moris est, publicen-
tur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ, omnes,
& singulos, quos illæ concernunt, perinde ardeant, &
afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & perso-
naliter intimatæ fuissent; quodque earundem præsen-
tium

cum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides, tam in Iudicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Decretorum, Declarationis, Uoluntatis, Statuti, & Derogationis, infringere vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, pridie Nonas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

B. Card. Prodatarius.

I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes

Loco ✠ Plumbi.

D. Ciampinus.

Registrata in Secretaria Brevium.


ANNO à Nativitate Dñi. N. IESV. Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die sexta Mensis Novembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Dñi. N. D. INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. Anno quarto, supradictæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Io. Lateranensis Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Urbis, per me Thomam Orlandum eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ Curforem.

Franciscus Antonius Simoncellus Mag. Curs.

EX-



EXPLICATIO.

I.  Titulus significat præcipuam suæ Sæct. in huius Bullæ expeditione intentionem, quæ est declarare verum sensum, in quo regulæ Canonice, & Conciliares, quæ de Ordinum Collatione loquuntur, intelligendæ sunt, & decernere, quid in futurum observandum sit: & est notandum, quod SS. D. Noster vocat *abusus*, & *fraudes*, ea, quæ aliquibus viffa sunt *usus*, *iuris*, & *libertatis* Subditorum, & rigores Superiorum, qui suspensione ab Ordinum exercitio velut subterfugia puniebant.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

2. *Innocentius*, est nomen SS. D. N. Papæ, qui hodie regnat, & respondet suis operibus, vel hæc illi correspondent, adimplendo sententiam D. Ambrosij de dignit. Sacerd. Cap. 3. *Nomen congruat actioni, actio respondeat nomini.* Æterna memoria ea digna sunt, quæ, & nostrum Pontificem condignum efficiunt, ut inter gloriosos suos Prædecessores, qui in sua assumptione, & Coronatione eo nomine insigniti fuere, annumerentur. Qui scire desiderat, qui, & quales fuerint Domini Innocentij à primo vsque ad decimum huius nominis, consulat, præter Platinam, P. Nicolaum Causino, in Epist. dedicatoriâ ad Dom. Innoc. X. D. Innocentius XI. sanct. memor. plausibilis est, non solum Romæ, vbi de eius Beatificatione agitur, sed toto

Chris-



EXPLIC. BVLLÆ.

Christianitatis Orbe, ob innumerabilia prodigia, quæ in eius intercessione sui devoti experiuntur, admirantur, & quantum licet, venerantur. De D.N. Papa taceo, quia nemo, dum vivit, securè laudatur.

3. *Episcopus* est quidem SS. Romæ Antistes, cui Episcopatus Summus Pontificatus annexus est, & est adeo excellens hoc nomen, quod Apostolicus eo non dedignatur, quinimmo vocat Fratres alios Episcopos, cum tamen Reges, & Imperatores Filios appeller; (colligant hinc Magnates, Nobiles, & Christiani omnes, in quanto honore, & veneratione habenda est Episcopalis Dignitas, & quotquot ea funguntur;) quia Episcopatus est ordo maior, qui est in Ecclesia Dei Cap. 1. de Privileg. Cap. penult. de Præbend. glos. verb. Episcopus in proem. lib. sext. & alibi. Aliquando Summ. Pontifex vocatur *Urbs Romæ, & Catholica Ecclesie Episcopus*. Cap. Si Episcopus. 2. q. 9. Cap. transmarinos, Cap. Aphros 98. dist. & Chalcedonense Conciliū S. Leo. Pontificē, & univērlē œcumenicum Episcopum acclamavit D. Thom. relat. in addit. ad Cap. Ecce. 99. dist. sed regularitèr solum vocatur *Episcopus* nihil amplius addendo, vel quia antonomasticè eo ipso intelligitur de Episcopo Urbis, & Orbis, vel propter humilitatem, vel ob alias causas quas explicant Doctores sup. dict. Cap. Ecce, & Cap. Primæ Sedis, in fin. 99. dist.

4. *Servus Servorum Dei*. Stylum hunc introduxit S. Gregor. Papa, qui parvus in sui existimatione, Magnus ab omnibus acclamatur; eum imitati sunt Successores sui; quia non essent Sanctissimi, nisi Humilimi; & quia Summo Pontifici, quo maior est cæteris, eo prior humilitas. Quare S. Bernard. lib. 2. de considerat. cap. 6. ait. ad Eugenium: *Fundus bonus humilitas, in qua omne ædificium spirituale constructum crescit in Templum Sanctum in Domino. Per hanc nonnulli possedere etiam portas inimicorum; quæ virtutum æquè potest. Dæmonum debellare superbiam, tyrannidem hominum? Cæterum cum omni indifferenter personæ hæc sit*

PART. I.

3.

quædam turris fortitudinis à facie inimici, nescio, quo pacto tamen vis eius maior in maioribus, & in clarioribus clarior comprobatur. Nulla splendidior gemma in omni præcipuè ornatu Summi Pontificis, quo enim celsior cæteris, eò humilitate apparet illustrior & se ipso.

5. Hoc ipso etiam significant Pontifices, altiorem dignitatem esse clariorem servitutem. De Antigono Macedoniæ Rege refert Plutarchus, dixisse Principi suo filio, quem instruebat: *Scito Regnum nostrum esse splendidam servitutem.* Sed altiùs est testimonium D. Pauli: *Cum liber esse in ex omnibus, omnium me servum feci, ut omnes facerem servos* 1. ad Cor. 9. 7. & Origen. homil. 7. in Psalmos: *Qui vocatur ad Episcopatum, non ad Principatum vocatur, sed ad servitutem totius Ecclesie.*

6. Cum itaque quilibet Prælatus servus suorum subditorum sit, Aug. Barbof. de offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 2. Gloss. 2. Quorum quilibet, utpotè creatura, servus est Dei; Summus Pontifex, qui est superior Episcopis dignitate, & jurisdictione, licet non Ordine, & Charactère Episcopali, & etiam Regibus, & Imperatoribus, & habet univērsalem totius Ecclesie superintendentiam, & curam, est magis servus, & propriissimè appellatur: *Servus servorum Dei.* Vel quia servus Episcoporum, & Regum, & omnium Christi Fidelium; vel quia servus in superlativo gradu.

PARTICVLA. I.

SPECVLATORES DOMVS ISRAEL, QUÆ est Sancta Dei Ecclesia.

7. *SPECVLATORES.* Hoc nomen est, quod magis explicat significationem huius vocis Græcæ *Episcopus*. Cap. Clerus. §. Episcopus. 44. distinct. & vocatur ita iuxta S. Augustinum lib. 1. de Civit. Dei. Cap. 9. *Quasi populo-*

A

rum,



PART. I.

rum. quibus præpositus est, observator, custos, & præfectus, qui speculatur, & prospicit populorum subditorum mores, & vitam. Et Urbanus Papa in Epist. ait, id ipsum significare solia, seu thronos ipsis in eminenti loco præparatos: *Sedes Episcopis in Ecclesijs erectæ indicant speculationem*. Idcirco vocatur etiam *Superinspector*, quasi excubitor vigilans e suæ sedis specu, & hoc manifestat plurimum pondus Pastoralis honoris, seu melius oneris, & continuas ipsum concomitantes curas, & si hoc attentè perspicitur, est efficacissimum inter omnia alia motivum, ut subditi magis discoli, & suæ salutis incuriosi eò maiori honore, veneratione, & amore observent suos Prælatos, quò isti vigilantiores, & præstantiores fuerint zelo, & cura animarum sibi commissarum, & aberrantium Ovium; quare aiebat D. Paulus: *Obedite Præpositis vestris, & subijacete eis, ipsi enim pervigilant, quæstrationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non zementes, hoc enim expedit vobis, ad Hebr. 13. v. 17.*

8. ADDITUR: *DOMVS ISRAEL*. Alludit ad Cap. 3. Ezechiel. vbi dicitur: *Speculatorem dedi te Domui Israel* Hug. Card. id est, *Ecclesiæ*. Vide ibi plura, & ita quoque intelligit N. SS. confirmans, quod nuper diximus, vniuersalis Ecclesiæ esse Episcopum; quamobrem aliqui, debita cum proportione ipsi, ut Iesu Christi Vicario in terris, nomen *Panepiscopi*, id est, summi, & omnium, inspectoris, quod D. Dyonis. Areopag. Christo attribuit accommodant. Et etiam significat prædictis verbis, quàm altè, & fixè suæ Beatitudinis menti inhæret illud D. Bern. ad Eug. III. *Blanditur Cathedra? specula est, inde denique superintendis sonans tibi Episcopi nomen, non Dominium, sed officium, quid ni loqueris in eminenti, vnde profectes omnia, qui speculator super omnia constitueris? enim verò prospectus iste procinctum parit, non otium; quando libet gloriari, vbi otari non licet, nec locus est otio, vbi sedula*

EXPLICAT. BVLLÆ.

5.

dula vrget sollicitudo omnium Ecclesiarum. Lib. 2. de Consider. cap. 6. Utinam omnium Prælatorum oculis frequenter hæc verba obversentur.

PART. II.

EO POTISSIMUM AB IPSIS PONTIFICATVS nostri primordijs Pastoralis vigilantie nostræ studia convertenda esse duximus.

9. Præcipua D. N. Papæ sollicitudo, & cura versatur circa id, quod magis interest, in quo prudentissimè se gerit; quia licet Pastor omnibus ovibus prospicere debeat, iuxta illud Pauli: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, &c.* Act. 20. Sed specialiùs eis, de quibus cum D. Cyprian. de discip. & habitu virg. cap. 2. dicere possumus, quod sunt *illustrior portio gregis Christi*. Etiam; quia si Prælati bonos Clericos in Ecclesia Dei per Ordinum collationem instituerent, faciliè omnes populi reformarentur, aut ad Deum magis per fidem, & charitatem appropinquarent. Audebat dicere S. Philippus Neri; si haberet socios decem Sacerdotes, omnium virtute genere exultos, spiritu ferventes, animarum salutem sitientes, gloriam Dei tantùm quærentes, ab omni cupiditate alienos, fortitudine, & vero zelo præditos, litteris ornatos, &c. totum mundum in meliorem frugem reducturum: videtur exaggeratio, sed non est talis: *Atque ut discas ita esse* (verba sunt D. Chrysost. apud Cor. in Math. cap. 5.) *vnus profectò Paulus tam multos ad Dei attraxit notitiam, si omnes huiusmodi essemus, quot terrarum Orbem attrahere & ipsi possemus?* merito ergò Pastoralis SS. D. N. Papæ vigilantie studia in Clerum potissimum convertuntur, ut exinde secularis populi reformatio consequatur.



EXPLIC. BVLL. E.

PAR. III.

QUI IN SORTEM DOMINI VOCANTVR. &c.

10. Hi sunt, qui per Ecclesiasticam tonsuram fiunt Clerici; nam *Cleros*, vnde derivatur vox *Clericus*, idem est, ac *sors*; & ita D. Hier. ait: *Propterea Clerici dicuntur, quia de sorte Domini sunt vel quia Dominus sors, id est pars Clericorum est.* 12. q. 1. cap. *Clericus*. quare cum tonsurantur, recitant cum Episcopo illa verba: *Dominus pars hereditatis mea*, &c. Ex Psalm. 15.

PART. IV.

QUIPPE, QUOS IRREPREENSIBILES ESSE

conveniunt, ut præesse valeant corrigendis.

11. Hæc clausula videtur deducta ex illa celebri sententia D. Anselmi, & aliorum, quos citat nunquam satis laudatus D. Ant. Aug. in Epit. Iur. Can. vet. lib. 4. tit. 5. cap. 11. & refertur in Decret. Grat. dist. 61. cap. 2. *In Sacerdotibus eligendis curam oportet esse perspicuam: irreprehensibiles enim esse conveniunt, quos præesse necesse est corrigendis.*
12. Quippe quos irreprehensibiles. Plurimum inculcat SS. Pater sub hoc verbo; quod ut clarum fiat, recolendum est quod Apostolus gentium instruens Discipulum suum S. Timotheum circa qualitates, quibus pollere debent, qui in ministros Domini eligendi sunt, ait: *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse*, &c. 1. Ad Timoth. 3. Communis expositio tenet, quod sub hac voce *Episcopus* comprehenduntur etiam ibi Presbyteri, non quia non distinguantur hi duo gradus, ut dicebat Aërius, & est hæretica assertio, & inter hæreses eam numeravit Epiphanius, Augustinus, & Philastrius, sed, tum, quia in primitiva Ecclesia com-
- mune

PART. III. IV.

7.

- comune erat nomen Episcopi etiam Presbyteris, ut voluit S. Anselm. D. Thom. & alij, & ostendi putant ex alijs quibusdam Scripturæ locis, ut Actor. 20. Ad Philip. 1. & ad Tit. 1: tum quia Apostolorum tempore ijs Ecclesijs, in quibus pauci erant fideles, simul ob raritatem Ministrorum, non ordinabantur Presbyteri, qui simul Episcopi non essent, ut vult S. Epiphanius hæres 75. advers. Aëri: Tum ob rationem D. Chrysofostomi: *Quoniam inter Episcopum, & Presbyterum interest ferme nihil, quippe & Presbyteris Ecclesiæ cura permessa est, & quæ de Episcopis dixit Apostolus, ea etiam Presbyteris congruunt; sola namque ordinatione superiores sunt; atque hoc tantum plusquam Presbyteri habere videntur.* Hæc ille, Ordinationem intelligens ordinandi, & benedicendi potestatem
13. Ex hac ratione Apostolus omittens Presbyteros, pergit ad Diaconos, & profectur, dicens: *Diaconos similiter pudicos: & hi autem probentur primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes.* Corn. à Lapid. ibi id est, cum inventi sunt (per probationem, & examen factum ante eorum Ordinationem) irreprehensibiles, quos accusare, quos criminari nemo possit. Et hæc expositio conformis est alteri D. Pauli litterali loco; nam ad Titum scribens ait: *oportet Episcopum sine crimine esse*: ad Timoth. autem dicit: *Irreprehensibilem esse.* In phrasi ergo Apostoli idem est, irreprehensibilem ac sine crimine esse, & è contra: & consequenter idem est dicere de Diaconis, quod sint nullum crimen habentes, ac si exprimeret, debere esse irreprehensibiles. Vide Haye. Bib. Max. Compilatorem in præcit. verba. Quare D. Chrysofost. cit. in Glos. Ord. *Vides, ut eamdem & ab his virtutem requirat. Et si enim Episcopi, atque Diaconi impar dignitas est, pari tamen ratione utrumque esse irreprehensibilem decet, atque eadem vitæ Sanctimonia conspicuum.*
14. Apostolus non meminit aliorum graduum Diaconatus in-
- fero-



PART. IV.

feriorum, sed omnes comprehenduntur sub generali nomine *Diaconi*. Hæc in d. loc. Paul. Nam *Diaconus* vox græca est, latinè significans idem, quod *Minister*, quotquot autem initiati sunt Presbytero inferiores, Ministri sunt Sacerdotis in Ordine ad Eucharistia cōficiendā maiori, aut minori immediatione, & proximitate: Ergo quodammodo Diaconi, & sic sub illa clausula continentur; admodum, quo in lege veteri, licet inter Levitas distincti essent gradus; nam erant Nativæ, Ianitores, Actores Templi, teste M.P.N. Isidoro de Divin. Offic. lib. 2. communiter tamen in sacra pagina Levitarum nomine, qui Sacerdotum antiquæ Legis Ministri erant, significantur. Sed licet ita non esset, sufficit pro nunc quod SS. D. N. illud adaptat omnibus, *qui in sortem Domini vocantur, Sacrisque addicuntur ministerijs, quippe quos irreprehensibiles esse convenit*

15. Restat nunc, quod hi, qui sine consideratione, vt lugebat D. Bernardus, ad Ordines currunt, aut cucurrerunt, attentā reflexione, & seria meditatione considerent significatum huius vocis *irreprehensibilis*. Aureum os D. Ioann. Chrysostomi de eā loquens hom. 10. in 1. ad Timoth. ait: *Hoc unico verbo genus omne virtutis expressit*: quod confirmat Doct. Maximus Epist. 83. ad Ocean. cap. 4. *Omnes virtutes vno sermone comprehendit; sed addit: Et penè rem contra naturam exigit: quis enim ille est, qui absque peccato, & reprehensione vivat?* Et re verà si quodlibet, quantumvis minimum peccatum reprehensione nos dignos facit, quis in hac miserabili vita irreprehensibilis erit? Idè idem Hieron. lib. 1. adv. Pelag. cap. 8. asseverare audeat: *Primum, quod dicit irreprehensibilis, aut nullus, aut rarus: quis enim est, qui non quasi in pulchro corpore aut nævum, aut verrucam habeat.* Quæ sententia congruit versione Syriacæ, quæ ita legit: *Oportet ergo Presbyterum talem esse vt nævus in eo non reperiatur.* Arabica ita vertit: *non esse imperfectum; quod plus dicit; nam imperfectio moralis minus est, quam culpa venialis.*

16. Hæc

EXPLIC. BVLLÆ.

9.

16. Hæc tamen ita intelligenda sunt, vt non idè dicere videamur, quod qui in sortem Domini vocantur, carere debent prorsus peccato, & multominus, illud non commisisse; siquidem, vt notavit D. Tho. in præcit. Epist. loc. Pauli. non dixit Apostolus, *qui nullum crimen habuerint, sed, nullum crimen habentes.* Similiter Auctor Glossæ ordinariæ advertit, non dixisse Paulum, *oportet Episcopum sine peccato esse, sed sine crimine esse*: aliàs cum dilectus Evangelista in sua Canonica Epist. cap. 1. asseveret: *si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*; nullus posset licite ordinari, si prædicti textus in eo rigore accipiendi essent; vt etiam temperat S. Aug. trac. 41. ad cap. 8. Ioann. & refert. cap. *Apostolus*, dist. 81. vbi benigna interpretatione explicatur, vt intelligamus, qui reprobandi, admittendi ve sunt ad Ordines; quod autem dictum est cum D. Ioann. Chrysost. & Hieronymo, excitare nos debet magnoperè, vt aspiremus ad illam puritatem, & perfectionem nostro altissimo statui propriissimam; nam, vt ait idem Hieronym. lib. 1. advers. Pelag. *Vult certè Deus tales esse Episcopos, sive Presbyteros, quales vas electionis docet.* Scilicet, irreprehensibiles, ac omni virtute ornatos.

17. *Vt præesse valeant corrigendis.* Vrgentissima quidem ratio, motivum, sive finis; ad cuius intelligentiam notandum, quod ex quo Clerici instituitur, fiunt laicis superiores; quare D. Hieronym. de Clericis loquens, cap. duo sunt 12. q. 1. ait: *Hi namque sunt Reges, id est, se, & alios in virtutibus regentes.* Ob hanc etiam causam inter alias Coronam in capite ferunt; quæ quidem expressa est signo Sanctitatis, gloria est honoris, & corpus fortitudinis: cum ergo Clericalis electio Ministros Domini ad hanc excellentiam, & præsentiam elevet, capaces eos faciens beneficiorum, Præbendarum, Dignitatum, honorum, & officiorum Ecclesiasticorum, cui annexa sit iudicandi, moderandi, corripiendi, & puniendi auctoritas, quid mirum, quod ab eis tanta exigatur perfectio.



EXPLICAT BVL.

fectio, & irreprehensibilitas? nam, ut ait D. Hieronymus ad cap. 3. Michæ: *Reverà, qui ad hoc eliguntur, ut cæteris præfint, sicut præordinantur dignitate, sic præeminere debent sanctitate.* Alitèr namque quomodò poterunt sæcularium vitia corripere, dicente Spiritu Sancto, Ecclias. 34. *Ab immundo quis mundabitur? Ad quod videtur allusionem facere, S. Greg. Mor. lib. 7. Manus sordida aliam non lavat, & oculus plenus pulvere maculam non considerat, ita mundus debet esse, qui vult aliena corrigere.* S. quoque Ioannes Chrysoftom' sup. præfat. text. Apost. huius vocis *irreprehensibilis* vim perpendens, postquam dixit, omne genus virtutis sub illa includi, addit: *ita, qui sibi vel levis culpæ conscius est, malè profectò facit eam rem appetens, qua indignum se per opera facit; non enim decet huiusmodi regere, sed regi: eum quippè, qui regendos alios suscipit tanta debet gloria virtutis excellere, ut instar Solis cæteros, veluti igniculos in suo fulgore obscuret. Debet huiusmodi vitã habere immaculatam, ut omnes in illũ & illius vitã, veluti exemplar aliquod excellens intueatur.* Maneat ergò stabilitum, quod, qui in fortem Domini vocantur, debent esse irreprehensibiles, ut præesse valeant corrigendis.

PART. V.

AC IN QVOS, TAMQVAM IN SPECVLVM
oculos conijciunt.


18. Verba sunt S. OEcumen. Trid. Concil. sess. 22. de Reform. cap. 1. quæ semper ante oculos habere debemus. Omitto integrum locum huc adducere, quia in Manual. document. pro Ordin. pag. 121. & 122. maximam capitis partem refero; sed non desinam advertere, quod speculum, qua similitudine, & methaphora vtuntur Trident. & N. SS. Pater, defectus alienos pandit, & aliquando etiam proprios, hoc

PART. V.

11.

In hoc ipso quod alienos patentes non reddit, vel quia vapore aliquo splendor eius hebescit, vel quia calybe caret; supponere ergò, quod Ecclesiastici sunt veluti speculum, in quo reliqui oculos conijciunt, idem est, ac si diceret; quod sicut sæculares habent in suis ædibus, & aulis specula chrystalina, ad quorum censuram crines, ornatum, vestemque disponunt, vitiaque oris, & capitis corrigunt, dum in ea attentissimè inspiciunt, & ibi imaginem sui representatam contemplantur: ita etiam possuit Deus in hoc maximo vniversi, quod ad hominum habitationem fabricatum est, palatio, Clericos pro speculis, ut omnes fideles in ipsos oculos dirigant, & ad eorum normam in moribus, & omni eo, quod ad ornatum animæ spectat, se fingant, atque disponant, vitiaque, & defectus, quos in facie suæ conscientiæ agnoscunt, dum ante eos sistunt, statim delere per pœnitentiæ lachrymas, atque per novæ vitæ emendationem corrigere satagant: ad quod Ecclesiastici valdè puri, nitidi, & omni virtutum splendore clari vivere debent; si ita sit, laicus superbus, luxuriosus, prophanus, avarus, gulosus, incontî-nens, iracundus, ad vindictam proclivis, &c. videns Clericum humilem, castum, modestum, misericordè, & liberalem, temperantem, devotũ, patientem, mortificationi addictum, in oratione assiduum, & omnibus ad Divinũ cultum pertinentibus religiosum, &c. statim in se fæditatem, immò & nævum confusus recognoscit, & emundare procurat.

19. Nisi fortè pulchritudinis animæ contemptor, vel huius ornatus minùs curiosus, quam corporis, similis sit illi, quem S. Iacob. minor. in sua Canon. cap. 1. comparat *viro consideranti vultum nativitatæ suæ in speculo: consideravit se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit.* Vbi Corn. à Lapid. ly *In speculo* de verbo, & lege Dei intelligit; quia in eo nos inspicimus, & speciem animæ contemplamur; ut videamus, quantum à virtutis perfectione distemus, & maculas animæ intuentes eas abstergamus, & eluamus. Verbum enim, & lex Dei ostendit clarè sine fuco, & adulatione



EXPLIC. BVL.

præcepta virtutum, & prohibitionem vitiorum omnium; illis addēs promissa, & præmia, his minas, & supplicia, vt illas nobis imprimat, hæc è mente eradat. Ita ergò Ecclesiasticus veluti verbum, quod per os eius loquitur Dominus, & lex viva, siuè ad praxim redacta, vocatur speculum; speculum, inquam, veritatis nemini blandiens, nullum seducens, renuntians omnibus faciem suam sine palpatione, vt in eo, & coràm eo, talem se quisque reperiat, qualis fuerit; quocirca præcõnes verbi Dei, & cõfessarij debent esse sinceri, liberi, nec curare, aut timere auditorum, & pœnitentium querelas, aut animi commotionem, seu dolores sensus; qui eni in illis (verbis vtor Hieron. ad Nepotian. de vit. Cleric.) irasci voluerit, eò quod suo officio fungentes patentem ei reddant deformitatem, seu vitia etiam leuia, ipse sese cõfitebitur, quod talis sit; & sicut ait Clemens Alex. lib. 1. Prædag. cap. 9. *Sicut speculum non est malum deformi, quod ipsum ostendat qualis sit: & sicut medicus non est egrotomalus, quod ei febrim annuntiet, non enim medicus est causa febris, sed ipse febrim arguit, ita nec is, qui reprehendit, ei malè vult, qui laborat animo, nec ei delicta adiungit, sed ea, quæ adsunt, peccata ostendit ad hoc, vt avertat ab huiusmodi studijs:* Quare sicut insanus esset, qui speculum frangeret, eo quod in illo deformitatem suam repræsentatam agnosceret; sic amentia laborare videtur, qui in Ecclesiasticum invehetur, eo quod defectus ipsi patentes redderet verbo, aut facto.

20. Rursus: speculorũ acies, & fulgor menstruis mulieris hebetatur, ait Plin. lib. 7. cap. 15. immò solo halitu aliquantulum offuscatur: ita etiam Ecclesiastici luxuriosi, & vitijs carnalibus dediti hebetantur, ne speculi officio fungi valeant: immò sæpius solo halitu, hoc est, familiaritate, aut conversatione cum fæminis, seu etiam viris solet nitor Prædicatorum, & Confessariorum offuscari, ne clarè, sincerè, & liberè vitia pœnitentium, seu auditorum obiurgare cum fructu possint.

PART. V.

13.

21. Præterea: speculum qua parte caret metallo, non potest repræsentare, seu reflectere speciem, nec consequenter repræsentare: ita etiam defectus virtutis, seu fortitudinis in superioribus, Parochis, seu Vicarijs foraneis, &c. solet esse in causa, quare vitia non clarè pateant his, qui eis laborant, vt ab ipsis abstineant; vel Prælati, vt remedia adhibeant (seruato ordine charitatis, & fraternæ correctionis); tunc autem speculi vices non gerunt, quamvis in suis moribus chrysalini appareant.

22. Hac fortitudine replevit Dñus. Ieremiam superiorum, & Prædicatorum speculum, quando, postquam dixit: *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, &c.* addidit: *ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum.* Ierem. 1. Virtute simili præditus extitit Baptista, cum Herodi liberè obiurgavit: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Marc. 6: de hoc requisito loquitur Spiritus Sanct. Ecclesiast. 7. *Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in equitate tua.*

23. Ait Plin. lib. 33. cap. 9. *Specula optima apud maiores fuerunt Brundusina stanno, & ære mixtis: prælata sunt argentea.* Ita optima virtutum, & vitiorum specula sunt illi verbi Divini Præcõnes, & Confessarij, qui instar argenti clarè, & instar æris, ac stanni fortitè, & constantè intonant minas, & supplicia, legum violatoribus à Deo decreta. Hisce enim acies mentis repercussa in se reflectitur, humiliatur, compungitur, cum Deo, Deique lege in gratiam redit.

24. Sed nos Ecclesiastici non debemus existimare, quod sumus specula sæcularium, quin sint & alia specula, in quibus nosmetipsos studiosè aspiciamus, & respiciamus, & nostras maculas, aut rugas agnoscamus; incongruum enim, immò & pharisaicum esset, specula esse sæcularibus festucàs imperfectionum suarum repræsentantia, carentibus nobis alijs speculis ad speculandum defectus proprios: aliter enim



EXPLIC. BVL.

nec trabes culparum nostrarum gravium videremus. (Exod. 38. vers. 8. dicitur; quod Moyses iussu Dei fecit *Et labrum quoniam cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio Tabernaculi.* Locus hic varias habet expositiones ad sui intelligentiam, quæ videri possunt apud Abulens. & Cornubi; sed ad rem præsentem idem Cornubi. Epist. Iacob. cap. 1. vers. 23. ait, id fecisse, *ut in eo Sacerdotes sacrificaturi se lavantes inspicerent, & si quid macularum, vel incompositum invenirent, detergerent, & componerent;* nam ut ait S. Greg. hom. 17. in Evang. *Specula mulierum sunt præcepta Dei, in quibus se sanctæ animæ semper aspiciunt, & si quæ in eis sunt seditatis maculæ, deprehendunt, cogitationum vitia corrigunt, & quasi renitentes vultus velut ex reddita imagine componunt; quia dum præceptis Domini cis solertèr intendunt, in eis præcõldubio, quid in se cælesti viro placeat, vel quid displiceat, agnoscunt.*

25. Explicemus hoc ampliùs; nam certè non otiosè notatum est, specula illa esse *mulierum.* Videtur causam fuisse, primo; quia mulieres vtuntur speculo, ut se in eo aspicientes mundent, & ornent; viti vero abutuntur ex curiositate, & vidèd solertèr D. Iacob. (nota est P. à Lapid. in sup. cit. loc.) non dixit similis est mulieri, sed *viro*: ita etiam Ecclesiasticis speculum Divini verbi, & legis identidè in inspiciendum est, ut eius memoriam in mentem renovemus, nutriamus, & acuiamus, adeoque vivacitèr imprimamus, ut voluntatem feriat, & compungat; non obitèr & in intransitu, voluptatis, & curiositatis causa, sed ut mores nostros illi legi conformemus, & eam ad praxim redigamus.

26. Secundò, & præcipuè, quia sicut mulieres sunt valdè studiosæ pulchritudinis, & in procurando corporis ornatum nimix diù, multique in speculis se ipsas speculantur, omnesque nævos, & maculas, etiam minimas, quas in eo vident, eidè maculant, & extergunt, ac totam faciem, vestem, gestum, & motus ad speculum formant, & componunt: fuit al-

IN PART. V.

17.

tum consilium ponere in labro specula mulierum, ut in eorum visione recolerent Ministri Domini nimium studium, quod cum illis habebant fæminæ, dum se comerent, & expolirent, ut viris placerent, & ne isti in eis aliquam fæditatem, aut maculam, quam tūvis minimam, quæ displicere posset, & amorem minuère, adverterent: & ita potiori iure Sacerdotes se studiosissimè ornarent, antequam ad ministrandum Domino accederent; & quia *omnia in figura contingebant illis*: ut ait Apost. 1. ad Corinth. 10. significabat etiã maximam curam, qua Ecclesiastici legis gratiæ conscientias nostras debemus lustrare, & circumspicere, animasque nostras virtutum ornatu perpolire, antequam coram Domino sponso nostro, qui scrutator est cordium, & omnium cogitationum nostrarum cognitor, appareamus, præsertim cum ad sacrificandum accedimus.

27. Nec caret mysterio dicere, quod ea specula erant *mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi*: istæ enim erant, quæ sprieta mundi vanitate se Deo dicaverant, veniebant quæ per singulos dies ad ostium tabernaculi, ut orarent, & audirent Dei præcepta: postea extructo Templo certa ad ostium tabernaculi constructa habitatio fuit huiusmodi pijs mulieribus. deditis orationi, ieiunio, & servitio tabernaculi. Erat quasi cæcus fæminarum devotarum illius temporis, typus, & umbra Monialium nostrarum. Eæ igitur, cum fetotas Dei obsequio dicabant, sua specula, & ornamenta secum paritèr Deo consecrabant, ut quod antea vanitati, & mundo, ex tunc iam Religioni, Divinoque cultui deserviret. Voluit igitur Deus ista specula ante oculos Sacerdotum in labro aeneo poni, ut in eis semetipfos Ministri Domini specularerent, simulque meminissent fæminarum illarum devotionis, mundi contemptus, Religionis, castitatis, paupertatis, obedientiæ, austeritatis, mortificationis, & aliarum virtutum, quarum actus exercebant; agnoscerentque, ætiori vinculo ipsos ad perfectionem teneri, sicque

injg

ad



EXPLIC. BVL.

ad eam procurandam se excitarent. Nobis autem legis gratiæ Ministris in illa umbra significabatur, quatenus nos metipsos attentè, & non sine confusione maxima inspiciamus in speculis tot virginum teneritudine ætatis, & fragilitate sexus debiliū, inter delicias, & lautitias nobilitatis splendori correspondentes educatariū, quæ tamen pro Christi amore hæc omnia contempserè, & perpetuo voluntario Religioso carceri mancipatæ, sacco indutæ, in cilicio, & cinere pœnitentissimam ducunt vitam, die, ac nocte divinas laudes canunt, orationi, & contemplationi assiduè vacant, adhuc cum victum manibus suis quærunt, & in omnibus Domino suo sponso placere student. Quid nos ad hæc?

28. Sed licet hæc optima sint specula, vt Ecclesiasticus quilibet, quamtumvis incompositus, & distractus suos mores ad virtutis, & perfectionis normam componat; suppetit nobis aliud præciosius & nobilius speculum, Sapientia videlicet Incarnata, quæ est *candor lucis æternæ, speculum sine macula*. Sap. 7. v. 26. In hoc vult Æternus Prens, vt nos intueamur, vt de splendoribus ipsius, iuxta finitam nostram capacitatem, participantes, communicemus alijs, quod ad communem vtilitatem accipimus, vt evenit, quando speculum aliquod ponitur contra aliud, quod à Sole lucis Patre illuminatur. De S. Rosalia, Panormitana Uirgine, & pœnitentissima Anachorita legitur in eius vita, quod cum quadam die vitreum in manu sua speculum accepisset, vt videret, an bene compta, & ornata esset, solam Crucifixi effigiem in eo inuenit, à quo audivit, quod deinceps in eo Divino, quod de corpore suo animabus nostris fecit, speculo se se intuitura erat, ad eiusque normam vitam, mores que suos compositura, quod & perfectè adimplevit in solitudinè recedens, ibique asperrimam carnis macerationibus, sed suavissimam cœlestibus meditationibus vitam ducens. Poriori autem titulo ad huius speculi formam nos reformare debemus, nostrasque actiones per imitationem imagini

PART. V. VI.

17.

gini illi, seu proto-typo conformare, vt in operibus correspondeamus glorioso titulo, quo a Domino condecoramur, cum per Psalmist. ait: *Nolite tangere Christos meos*. Psam. 104.

PART. VI.

EX IJSQVE SVMVNT, QVOD IMITENTVR.

29. Verba sunt Tridentini vbi prox. Multum boni, aut mali causant Clerici in populis; nam vita illorum liber est laicorum, ait Concil. Turon. celebrat. ann. 1537. præcipuè ignorantium, & popularium, qui nihil ampliùs sciunt, quam operari, quod vident. Ad omnes autem validissima est ad persuadendum rethorica exempli; nam vt, inquit S. Cypria. *Habent & opera suam linguam, suam facundiam, tacente lingua*. Et adhuc addit: *Efficaciùs est vitæ, quam linguæ testimonium*. Et ita, si Ecclesiasticus bonis est moribus præditus, & in virtutum actibus se exercet, omnibus prædicat suorum operum lingua, quod Christus Apostolis: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Matth. 11. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*. Ioann. 13. Et quod Paul. Corinthijs: *Imitatores mei stote, quemadmodum ego Christi*. 1. ad Corinth. 4. Si autem pravis; omnes post se abire in casum facit. *Si Pastor* (qualis est Parochus, aut Sacerdos, qui interpretatur Sacer dux) *per abrupta graditur, grex profectò ad precipitia sequetur*; ait D. Greg. p. 1. *Pastor*. cap. 2.
30. Ad hoc autem sufficit, quod sit aliquis Clericus nequam in populo, aut Parochia, etsi non sint omnes; nam illi pravam sequentur mali, vt insinuat idem Greg. *Nam ea est conditio eorum, vt non curent respicere meliores, quos imitentur, & quorum comparatione nihil sunt, sed peiores, quorum comparatione aliquid sibi esse videntur*. Ideò maior



EXPLIC. BVLLÆ.

maior erit ratio, quæ à Divino Iudice exigetur ab eis in tremendo finali examine, vt docet D. Isidor. de summ. bon. seu sentent. lib. 3. cap. 38. *Plerique Sacerdotes, & Clerici malè viventes forma cæteris in malum existunt, qui in bonum exemplum esse debuerant. Hi enim, quoscumque exemplo male conversationis suæ perdunt, de illis rationem reddere tenentur. Iuxta mensuram delicti erit & maledictio, & supplicium: Ita testatur S. Birgit. lib. 4 revelat. cap. 32. Viso pravo exemplo Sacerdotum peccator fiduciam peccandi sumit, & incipit de peccato, quod prius reputabat erubescibile gloriari. Ideo ipsis erit amplior maledictio præ alijs, quia se sua vita perdunt, & alios exemplo suo ledunt.*

31. Sic etiam ille maximus Ecclesiasticæ disciplinæ propugnator D. Carolus Borromæus Clerum suum in quadam Synodo doctrinaliter instruens, dicit: *Qui in sortem Domini vocati sunt, Divinarumque rerum ministerio addicti illorum in Ecclesia Dei status is est, vt si morum gravitate, vitæque exemplo suam ipsi dignitatem retineant, magnam afferant auctoritatem ad pie, Christianoque more vivendum. Rursus, si quidquam in vilo cuiusvis rei vel minimæ genere offendunt, eorum ordo ita graviter leditur, vt illum decòris splendorem retinere nequeat, qui ad continendos in officio laicos homines, non solum utilis, sed etiam maximè necessarius esse videtur. Act. Eccles. Mediol. Synod. Dicecef. 4. & sermone 1. quem in Synod. 11. habuit ad eundem Clerum, & sup. illa Ierem. verba: *Ecce ego inebriabo animam meam Sacerdotum pingue vine, & populus meus bonis adimplebitur. Ierem. 31. 14. fundavit, exclamat S. Archiepiscopus: O magna, & inclita Dei instrumenta Sacerdotes, à quibus omnium populorum pendet beatitudo, qui si pingues sint, erunt itidem & populi pingues, & secus si illi inanès erunt, & vacui, magnum populis universis imminet paupertatis huius periculum.**

PAR.

PART. VII.

19.

PART. VII.

TALES SINT, QUI DIGNE POSSINT DOMINICA Sacramenta tractare.

32. Hæc periodus desumpta esse videtur ex cap. 4. dist. 23. vbi dicitur: *Tales ad ministerium eligantur Clerici, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare; melius enim est Dei Sacerdoti paucos habere Ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave Ordinatori adducant. Ex Clem. Epist. 2. ad Iacobum fratrem Domini. Et est optimus modus Sacerdotum, seu eorum, qui ad Sacerdotium aspirant, sanctitatem explicandi sine minima exaggerationis suspitione, id est, per ministerium, ad quod destinantur; nulli enim dubium esse potest, tales esse debere, vt munus suum dignè obire valeant. Hac de causa veteris Legis Sacerdotibus puritatem vitæ notam facere iussit Deus Moyse per ministerium, cui addicti erant: *Loquere ad Sacerdotes & Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius, incensum enim Domini, & panes Dei sui offerent, & ideo Sancti erunt: quia consecrati sunt Deo, & panes propositionis offerunt; sint ergò Sancti, quia & ego Sanctus sum, qui sanctifico eos. Levit. 21. Oleast. ibi: Ideo erunt Sancti, quoniam ministrare, & offerre hæc omnia Deo, qui Sanctissimus est, debent. Ex quo sequitur etiã, quales debeant esse nostri Sacerdotes, vt dignè possint Dominica Sacramenta tractare: si enim tantã sanctitatem à legalibus Sacerdotibus tam enixè, & iteratis repetitionibus exigit Deus, quia oblaturi erant parum thuris incensi quotidie, & duodecim panes vsuales semel in hebdomada, quantam, quæso, requiret ab Evangelicis, qui quotidie in incruento Altaris iugi Sacrificio Unigeniti Filij sui verum Corpus, & Sanguinem offerimus, ac mysticè mactamus? si tantum pro umbra, quid pro veritate? ideo exclamat D. Ioann. Chrisost. Quos**

C Sola-



EXPLIC. BVL.

*Solares radios non debere excedere manus, quæ hanc Carnem pertractat? Homil. 38. in Matth. & lib. 6. de Sacerdotio. Accedentem igitur ad Altare Sacerdotem luminis instar uniuersum Orbem lustrantis animum splendescere habere oportet. Et Petrus Blesens. Epist. 155. Manus mundissimas esse oportet, quæ mundissimam Carnem, & Sanguinem Christi tractant. Hanc ob causam non semel, sed iterum, atque iterum manus lavamus, & abstergimus, ad significandam puritatem, qua ad Sacrificium ab omnibus maculis, seu peccatis, quantumvis leuibus, puri, & immunes accedere debemus; nam ut ait Dionys. Areopag. relatus à Carthusiano: *Lotio extremarum partium digitorum signat observationem minimarum culparum.**

33. Considerat Magnus Pater pauperum S. Thomas de Vill. verba illa Isaiæ: *Mundamini, qui fertis vasa Domini.* In quibus summa mundities commendatut Levitis ad tangendum vasa, quæ deserviebant ad Sacrificia Mosaycæ Legis; & concionem ad Ministros Legis Christi, seu gratiæ, convertens ait: *Mundamini, qui fertis vasa Domini; quid dixi, qui fertis, immò, qui estis vasa Domini, id est, Sacrarium Dei, in quibus manna Cæleste, & Angelorum cibus quotidie infertur, atque reconditur::: quomodo enim ad tantum ministerium sacrilegis manibus accedet impurus; & sædus, cum etiam astra non sint munda in conspectu eius? Serm. 3. de S. Agust.*

34. Certè cum hæc scribo, nescio quomodo ad Altare accedere audeo, & ibi Dominica Sacramenta tracto, cum sim equidem immundissimus, & de me verissimè fateri possim, quod S. Bernard. de se humiliter dicebat: *Hoc verò est mihi omni infelicitate miserius, quod ita opere peruersus ore pollutus, corde immundus ad Altare accedo, & Corpus Christi manibus meis pertractare non erubescio; accedo elatus ad humilem, iratus ad minem, crudelis ad misericordem, &c. de inter. dom. cap. 36. Præcipue, dum in mentem etiam venit illud, quod de Christo tam veraciter, quam humiliter dixit Baptista; *Cuius**


PART. VII.

21.

ius non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere: Et quod, ut digito indicaret semel, ac dice ret: Ecce Agnus Dei (id Sacerdotes frequentè pronuntiamus, cum Sacram Synaxim fidelibus ministramus) Sanctus fuit iam, antequam natus, & teneris sub annis civium turmas fugiens, antra deserti petijt, ne levi posset maculare vitam crimine linguæ, quæ Christum evangelizatura erat. Sic præservata fuit lingua, quæ Agnum digito solum, & voce erat monstratura: quam immaculatos ergò esse oportet, qui non solum indicaturi, sed consecraturi, tractaturi, & manducaturi agnum eundem immaculatum, stantem tamquam occisum, sed viventem in Cælis!

35. Certè S. Ioseph, licet ditatus tot gratijs, & prærogativis, uti congruum erat Sponso Uirginis Matris, si meruit tangere, & in vlnis suis habere Filium Dei, fuit quando Iesus erat Infans, & passibilis, non gloriosus, ut nunc est; nec illum ore suo consecravit, aut intra pectus accepit, ut nunc quotidie Sacerdotes faciunt, quibus datum est, ut fumant, & dent cæteris: quo non oportet igitur esse puriores, ut dignè possimus Dominica Sacramenta tractare? Audiamus Seraphicum Franciscum id expendere iuxta relata ab eius Filio S. Bernardino Senensi tom. 1. serm. 20. art. 2. cap. 7. *Gloriosus Franciscus ait fratribus suis: Audite fratres mei: Si Beata Virgo honoratur, ut dignum est, quia Filium Dei portavit in utero suo: si Baptista contremiscit, & non audet contingere sanctum Dei verticem, si Sepulchrum, in quo per aliquod tempus latuit, tanta reverentia veneratur, quantum debet esse Sanctus, & iustus, & dignus, qui non iam mortuum, sed glorificatum, & in æternum victurum, in quem desiderant Angeli prospicere, contrectat manibus, corde, atque ore assumit, & alijs quoque porrigit ad sumendum?*

36. Hæc contemplabatur Sanctus, & ideò numquam ad Presbyteratus gradum ascendere ausus est. Videtur autem, quod responsio eius interrogationi propria est, quod debet esse et Christus: fundamentum huius responsionis dat D. August.



EXPLICAT BVL.

qui dignitatem Sacerdotij, cui correspondere debet sanctitas, extollens, ait: *Christus tractat Christum.* in Psalm. 77. & D. Laurentius Iustinian *Accedat Sacerdos ad Altaris tribunal, ut Christus, assistat ut Angelus, ministret ut Sanctus.* Serm. de Corp. Christ. Ad huius rei significationem induitur Sacerdos plús mysteriosis, quàm pretiosis, etsi auro, & gemmis contextis, vestibus. Vide Duran. in rat. Div. Offi. lib. 2. cap. 1. D. Thom. 3. p. & alios plures de hoc agentes.

37. Altera pars præfati cap. *Tales* citati est notatu dignissima, sed non præsentis assumpti. Vide P. Nuñez de Zepeda in 31. Sa. ror. Emblemat. & Episcop. Urgell. in opusculo Sacro Uig. Pastor. cap. 15.

PART. VIII.

AC ÆDIFICENT CUNCTOS, TAM FIDEI SCIEN-
tia, quam operum disciplina.

38. Hæc verba desumpta esse videntur ex Con. Tol. 4. ca. 24. *Ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt; Sacerdotes enim legere sanctas Scripturas frequenter admonet Apostolus dicens: Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinae, & semper permane in his; sciant igitur Sacerdotes Scripturas sanctas, & Canones, ut omne opus in eorum doctrina consistat, atque ædificent cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina.* Referuntur distinct. 38. cap. 1.

39. *Ædificet.* Omnes Fideles Tēpla sunt Spiritus Sancti, & ædificia spiritualia ab Artifice Divino constructa; ait D. Paul. ad Corinth. Epist. 1. cap. 3. *Dei ædificatio estis: Templum Dei estis.* Architectus huius ædificationis est Deus, sed propter suam ineffabilem dignationem, licet fabricam Vniversi solus construxerit, voluit, ut Ecclesiastici sumus opifices, & Ministri cooperatores huius mirifici artificij; *Dei enim sumus adiu-*

PART. VIII.

23.

adiutores, inquit Apostolus eod. loco, & Epist. ad Ephes. 4. cum meminisset finis ad quem ordinantur dona, quæ Deus in Ecclesia sua distribuit ait: *Et ipse dedit quosdã Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consumationem Sanctorum in opus ministerij in ædificationem Corporis Christi.* Et addit D. Hier. *Si quis non ædificat Ecclesiam Christi, nec subiectam sibi plebem instruit, ut de subiecto populo Christi Ecclesia construat, iste nec Apostolus, nec Prophetia, nec Evangelista, nec Pastor, nec Magister est appellandus.* Vidimus etiam num. 22. dixisse Dñm. Ieremias: *Ecce constitui te. & c. ut evellas, & destruas, & disperdas & dissipes, & ædifices, & plantes.* In quo etiam ostedit ei Deus modum ædificandi, qui est impedimenta auferre, & fundamenta iacere; vitia eradicare, & virtutes inferere, quod est officium proprium Prædicatorum, quos symbolizavit Ieremias, & exemplo suo edocuit Præcursor Domini, cui Sancta Ecclesia prædicta verba Ieremias adaptat.

40. Hac ratione ex munere videlicet ædificandi, quod Ecclesie Ministris competit, cum Episcopus Presbyteratus Ordinem collaturus est, ordinandos admonet per hæc verba: *Sit doctrina vestra spiritualis medicina populo Dei; sit odor vitæ vestra delectamentum Ecclesie Christi, ut prædicatione, atque exemplo ædificetis domum, id est familiam Dei; quatenus nec nos de vestra profectione, nec vos de tanti officij susceptione damnari à Domino, sed remunerari à Domino mereamur.* O. Verba continua meditatione digna! Dilectissimi fratres Ecclesiastici, en officium nostrum: ad hoc nos elegit Deus, ad laborandum, non ad otiaandum; ad ædificandum Ecclesiam, non ad destruendum: laboriosa quidē res est; plurimū oneris erit in hoc opere sufferendum & tolerandi; sed Spiritus Sanctus dabit vires: pōdus hoc ex se supportari difficile; sed Divina gratia fiet suave; Iugum enim Domini suave est, & onus eius leve.

41. Suspiciamus Supremum nostrum Architectum, qui expensis suæ prædicationis, passionis, & mortis fundamentum



tum ædificij possuit: Apostoli, & Martyres proprio sanguine rubricarunt: Doctores, & Confessores scriptis, prædicationibus; heroicis virtutum operibus, & alijs laboribus decorarunt, & expolierunt: ne ergò nostris omissionibus, aut commissionibus destruat, vel minima in ruinam patiatur, aut in aliquo deturpetur: nec excidant è memoria nostra verba S. Caroli, qui oblatos erudiens, ait: *Hominibus sacro Ordine initiatis vna cum onere gratiam, & robur ad onus ferendum necessarium per Episcopi manuum impositionem Deum tribuere minime est ambigendum; quare cavendum porro diligenièr ipsis est, ne, quod Apostolus monet, gratiam sibi à Deo collatam in vanum accepisse ostendant, illamque inanem reddant, quam Divino consilio donati sciunt, ut illum excitantes, summoperè que colentes, atque exercentes perpetuò suam, & aliorum utilitatem, & salutem proeferant.*

42. Nec patiatur misericors Deus, ut de nobis verificetur, quod de sui ævi Clero lugebat S. Venetorum Patriarcha: *Proh dolor! nec ædificationis eloquia profert moderni temporis Clerus. In ipso enim Clero paucissimi reperiuntur, qui honestè vivant, rariores, qui pabulum salutis gregibus valeant præbere fideliū: nempe Sacerdotum. Clericorumque maxima pars dedita iacet voluptatibus: incedunt quotidie per plateas; hinc, inde discurrunt; Theatris & spectaculis intersunt. S. Laurent. Iustinian. de Compunct. & Pass. Christ. perfect. Nec quod dicit Hugo à S. Vict. tom. 1. Allegoriar. in Matth. lib. 2. cap. 2. *Mandus sacerdotibus plenus est, & tamen sibi, qui bonum libenter audiat, non est, qui dicat, lanis Domini gregis vestiuntur, lacte que pascuntur, & oves præ penuria & fame verbi Dei moriuntur. Decurrit tempus, transit anni curriculus, nec unum verbum de ore eorum egrditur, quo grex illis commissus erudiat, de malo corripiatur, ad bonum revocetur, & in ipso confirmetur. Ut ergò in has miseras non incidamus, adeò notabili fidelium animarum detrimento, sic admonet nos D. Greg.: *Mores vestros aspiciite, & si iam Deo operari estis, videte. Rursus unusquisque, quid agat, & si in Domini vinea labores.***

43. *Tam fidei scientia, quam operum disciplina.* Doct. Maxim. Hieron. de vit. Clericor. & Sacerdot. ad Nepotianum ait: *Non omnia possumus omnes, alius in ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, alius venter, &c. Lege Epistolam ad Corinth. quomodo diversa membra unum corpus efficiant; nec rusticus tamen, & simplex frater ideo se sanctum putet, si nihil novit; nec peritus & eloquens lingua æstimet sanctitatem. Multo que melius est è duobus imperfectis rusticitatem habere sanctam, quam eloquentiam peccatricem. Hæc tolerantur in sæcularibus, qui sunt pes, manus, auris, venter, &c. mystici Ecclesiæ corporis; non autem in Ecclesiasticis, qui sunt oculi, lingua, &c. his utrumque necessarium est: scientia, & bonitas: verba, & opera; quia non sibi solis, ut sæculares, vivunt, sed pro communi proximorum utilitate promoventur; ad quod indigent sapientia ad docendum, & simplicitate, aut sanctitate ad persuadendum: *Sancta quippè rusticitas* (ait idem D. Hieron. ad Paulin.) *solum sibi prodest, & quantum ædificat ex vna merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat.* Et Epist. ad Ocean. idè repetit, dicens: *Quod doctrina à sacerdotibus expectatur, & veteris præcepta sunt Legis, & ad Titum plenius scribitur; innocens enim, & absque sermone conversatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latruncanum, baculoque pastorum luporum rabies deterrenda est.* Apud Conc. Aquisg. cap. 11. post. principium.*

44. Nec etiam scientia sola sine virtutum exercitio ad populorum ædificationem sufficit; nam secundum Greg. Nazian. in Apolog. 1. *Cuius vita despicitur, fieri vix potest, ut etiam prædicatio non contemnatur.* Et Melifluus Parens Ber. serm. 1. in fest. Omn. Sanct. unicuique onus docendi habenti ad mentem revocat: *Memento voci tue dare vocem virtutis, ut opera verbis concinnant, & verbo operibus; quinimmo erudire debet sequi ad operari, & ut cures primum facere, quam docere.* Idè Christus Iesus Magister noster cœni facere, & docere; inquit S. Lucas Act. 1. Et eius Præcursor Baptista, ad prædicandum duobus annis



EXPLIC. BVL.

annis poenitentiã prius in ea per triginta ferè ann. se exercuit. Discipulis suis dixit Divinus Præceptor (quod autem illis dixit, omnibus nobis dixit) *Vos estis lux mundi* Matth. 5. non solum autem lux, sed etiam sal; *Vos estis sal terra* ibi. Et prius aliam quam lux, quia si in sale significatur bona opera, & in luce scientia debent semper præcedere opera doctrinam. Audiamus S. Ioann. Chrysost. *Propter bonam conversationem suam Sacerdotes sunt sal, quoniam bona conversatio Sacerdotum conditura populi est, propter verbum autem doctrine, lux, quoniam verbum ignorantia lumen est, prius autem vocavit eos sal, postea autem lux, aut quia prioris loci est, servare quod habes; secundi autem vocare, quod nos habes; aut quia prius est bene vivere; secundo autem bene docere.* Homil. 10. in Matth. op. imp. Vnum sine altero non suppetit ad consequendam Doctoris lauream in Academia Cœlesti; quamobrem addidit Christus; *qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cœlorum.* Vbi ly *Et* est coniunctivum, licet in antecedenti clausula sit disiunctivum. Dicere, & non facere proprium Phariseorum, & Scribarum est: qui ergo huiusmodi titulum effugere cupit, eorum stylum non imitetur, sed cunctos edificare procuret *tam fidei scientia, quam operum disciplina.*

45. In summi Sacerdotis rationali iussit Deus has duas dictiones apponi: *Doctrina, & veritas*: quod idem fuit, ac dicere; quod verba ipsius cum operibus conformarentur; nam aliàs doctrina, & falsitas practica esset. Vide Marchin. tract. 2. de Ord. tract. 8. cap. ult. numer. 15. Ad rem præsentem facit, quod Hieronymus ad Nepotianum aiebat: *Sacerdotis Christi os, mens, manusque* (in quibus opera designantur iuxta eundem Hieronymum.) *concordent.* Aliter Prædicator, Confessarius, Magister spiritualis, aut Doctor quilibet Apostoli verba ad Rom. 2. 21. tamquam sibi dicta audiat: *Qui ergo alium doces, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? Et vers. 1. In quo alterum iudicas, teipsum condemnas; eisdem enim regis, que iudicas.* Et etiam instructionem D. Hieron. ad omnes

PART. VIII.

27

nes Clericos in persona Nepotiani: *Non confundant opera tua sermonem tuum, ne cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat; cur ergo hæc, que dicis, ipse non facis? delictus Magister est, qui pleno ventre de ieiunijs disputat, accusare avaritiam & luxu potest.* Et in Epistola ad Secundum addit: *Ignominia, & confusio est Iesum Christum pauperem, & esurientem fartis predicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora profferre.* Idem posset dicere de reliquis virtutibus, quas nos edocuit Christus verbo, & exemplo ad confusionem eorum, qui quotidie Evangelium annuntiamus, ac vivimus, ac si evulgatum non esset.

46. Angelicus meus Magister S. Thomas de Aquino, qui non minus sancta operatione, quam mira sua doctrina, & eruditione clarificavit Ecclesiam Dei, ac cunctos fideles edificavit, in huius doctrinæ confirmationem ait: *Litteras suæ mortis portant viri literati, qui sciunt, & docent, & non faciunt. Istæ enim sunt litteræ sine sigillo, id est scientia sine vita, & idè non creditur eis.* Præf. in Epist. Canon. Sed præcipue Maximus Hispaniarum Doct. Isidorus, noster sanctissimus Præsul totum hoc assumptum elegantèr expressit dicens: *Tam doctrina, quam vita clarè debet Ecclesiasticus Doctor; nam doctrina sine vita arrogantem reddi, vita sine doctrina inutilem facit. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est, ita ut quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est enim illa doctrina, quam vivendi sequitur forma. Nam nihil turpius est, quam si bonum, quod sermone quisque prædicat, exemplere opere negligat. Tunc enim prædicatio utilitèr profertur, quando efficacitèr adimpletur. Vnu quisque Doctor & bonæ actionis, & bonæ prædicationis habere debet studium; nam alterum sine altero non facit perfectum, sed præcedat iustus benè agere, ut sequenter possit benè docere. Sicut in numismate metallum, & figura, & pondus inquiritur; ita in omni Doctore Ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat; per qualitatem igitur metalli doctrina, per*

D

figuram



EXPLIC. BVL.

28. figuram similitudo Patrum, per pondus humilitas designatur; qui ergo ab his tribus discrepaverit, non metallum, sed terra erit. Isidor. lib. 3. de Summ. bon. sive sentent. cap. 33. apud Concil. Aquisg. cap. 20.

47. Grandis est infœlicitas illius Ecclesiastici, qui nescit, quod sibi, & alijs scire tenetur; grandis, si scit, & obmutescit, & abscondit, seu non exercet talentum acceptum: grandis, si scit, & docet, & non facit, quod dicit: vndique ergo angustia, vndique pericula, & vortices, nisi Dei tabernaculum ædificare studeat tam fidei scientia, quam operum disciplinâ. Quis autem erit hic, & laudabimus eum?

48. Difficile quidem est, invenire Ecclesiasticum omnibus numeris absolutum, siquidẽ quod frequẽtius experimur est, quod si aliquis est litteratus, non est spiritualis; si est devotus, est ignorans: si zelotypus est, indiscretus est: si est prudens, temporalis, seu mundanus est, id est, prudentia eius non spiritus, sed carnis est: si ingenio pollet, maturitate eget: si habet folia verborum, caret fructu operum: si bonum exemplum alijs præbet, est ineptus ad docendum, seu prædicandum. Proh dolor! nemo ex omni parte Beatus. Cum Henricus III. Francorum Rex vidit Genevensẽ Principem S. Franciscum Salesium, dixisse ferunt discretissimẽ: *Nostri Prælati, si multi sunt nobiles, non sunt sapientes; si sunt docti, non sunt ad id devoti: semper aliquid in eis desideratur; sed Salesius electus Genèvæ Episcopus est nobilis, doctus, & sanctus.* De paucis autem hoc elogium dici sine adulatione poterit. Si autem in primoribus ita evenit, quid in minoribus?

49. *Fidei scientia.* Scientia, quæ ab Ecclesiasticis exigitur, non est subtilis Methaphisica, nec Mathematica, aut Astrologia, Rethorica, aut venusta eloquentia, Medicina, aut Civilis Iuris prudentia; versificandi ars, aut Poeticorum figmentortum curiosa eruditio, sed *scientia fidei*, hoc est, notitia Mysteriorum, & dogmatum nostræ Catholicæ Religionis, non qualiscumque, sed ea, quæ sufficiat, vt Ecclesiasticus possit ea alijs tradere, & do-

PART. VIII.

29.

& docere, & si opus fuerit, contradicentes arguere, & convincere, aut repellere: notitia item, seu scientia Sacræ Scripturæ, Rituum, & cæremoniarum Ecclesiasticarum, materiæ, & formæ Sacramentorum cum intelligentia sufficienti eorum omnium, quæ ad ea ritè, & rectè administranda requiruntur, Præceptorum Decalogi, & Ecclesiæ: necnon Theologiæ moralis, & mysticæ, vt animas ad Cælum per viam orationis, & virtutum exercitij dirigere possit: docendo eas declinare à malo, & facere bonum. Colligitur hoc ex varijs locis Sacræ Scripturæ, & Iuris Canon. specialitèr ex S. Concil. Trid. sess. 23. cap. *Qui piè, & fidelitèr.* 14. &c. quæ alibi, Deo donante, referemus. Sufficiat pro nunc S. Hieronymi authoritatem in medium adducere, qui ad Nepotianum scribens ait: *Sermò Presbyteri Scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorem, & rabulum, garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum, & Sacramentorum Dei peritissimum.* Et ad Paulinum, inquit: *Aggeus Propheta, immò per Aggeum Dominus: interroga, ait, Sacerdotes legem; in tantum Sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege.*

50. *Operum disciplina.* Docere debet etiam Ecclesiasticus operibus: nec est minus fecunda doctrina exempli, quàm verbi: *Grandis Prædicator iustus in populo, etiam si taceat,* prædicabat S. Archiepiscopus Valentinus serm. 3. de S. August. lingua docet vno, vel altero temporis intervallo; prædicatio verò exempli est assidua, & cum hac magna præstantia; quod vox movet per auditum, qui tardus est ad percipiendum, & nisi adsit pia affectio in voluntate, sapius non convincitur intellectus; at verò exemplum movet, seu immittit speciem per visum, qui perspicacior est, & percipit solum præsentia, quæ quidem sunt, quæ mortalium animos ob tepiditatem fidei magis alliciunt. Est etiam aliud discrimen inter exemplum, & verbum, quod vox regularitèr indiget opere ad fructificandum in cordibus; sed non è contra: & huiusmodi mutæ prædicationis nemo excusationem meritò pretendere potest, nec prop-



EXPLIC. BVLLÆ.

ter exiguitatem ingenij, aut litterarum, exilitatem vocis, raurcitatem, infacundiam, &c.

51. Ex hac clausula videtur etiam inferri, quod Ecclesiasticus non debent, nec valent exercitia exteriora virtutum abscondere (loquor de illis, quæ sine nota manifestari possunt) sicut laudabiliter ex honesta intentione faciunt plures sæculares, qui foris terreni apparent, inuis autem cœlestes sunt. Ratio autem illationis est; quia quod per aliquem sensum non percipitur, proximum ædificare non potest; cum nihil sit in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, naturaliter, & ordinarie ad minus loquendo: cum ergo Ecclesiasticus non solum verborum documento, sed operum etiam disciplina cunctos ædificare debeat, exteriora virtutum opera nequit à conspectu proximorum auertere: & sicut non esset laudabile talentum scientiæ, quo ignorantibus erudire valet in his, quæ debent credere, agere, & recipere, & quomodo debent orare, & quid petere à Deo &c. humilitatis specie abscondere, ita non erit bonum ab hominum notitia probitatis exemplum, quo efficaciter admirationem excitare potest, retrahere.

52. Hoc docuit nos Christus dicens, quod sumus Ecclesiastici lucerna, non sub modio, sed super candelabrum, & civitas supra montem posita. Matth. 5. ubi per *lucernam*, scientiam fidei; per *civitatem* autem opera bona possumus intelligere: utrumque autem non in occulto, sed in publico, immo & eminenti loco ponitur, ut ab omnibus percipi possit. Et D. Greg. quando magis commendat nobis cautionem in bonis operibus, ut ab inani gloria, & vana hominum laude ea custodiamus, expressè ait: *Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra non videant, cum scriptum sit: videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cœlis est; sed ut per hoc &c.* quia non stat defectus, & vitium in hoc, quod opera bona exercèantur modo, quo videantur, sed in eo, quod fiant, ut videantur, hoc est, ex intentione, ut videantur ab hominibus, & plausu, & laude celebrentur: primum est exemplum Christianum,

PART. VIII.

31.

tianum, quod gloriam Dei solum quærit; secundum autem hypocrisis, & vanagloria Phariseorum, de quibus ait Magister noster: *Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes.* Matth. 6. *Omnia verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Matth. 23. & Ioan. Gerson. 2. part. tract. de temperant. in cibus, potibus, & vestibus Prælatorum, ait: *Vir Ecclesiasticus, præsertim curatus, vel Præbatus, non solum potest licite dare in publico eleemosynas suas, Sane se tuba canere, hoc est, se manifestare, cum facit eleemosynam: sed etiam ad hoc agendum obligatur pro loco, & tempore tamquam in exemplum positus aliorum: & velut lucerna ardens supra candelabrum, ut omnibus luceat, qui sunt in domo Ecclesie sue.* Et paulò inferius, postquam obiectioni satisfacit, quæ contra hanc doctrinam ex Evangelio ipso fieri posset, addit: *Nã ad dandum publice præceptum habet, quod alijs est consilium.* Fatetur tamen difficultatem apud non exercitatos in virtutibus, & qui non didicerunt humiliter sapere, & humanæ gloriæ favores despiciere; propterea apud eos, qui non habent ex officio prodesse cæteris, plerumque tutius erit occultare bona sua ab oculis hominum; Ecclesiastici verò debent supponi perfecti, & in virtutibus, præcipue humilitate maximè solidati (aliàs plurimum periclitarentur) ut ita facientes bona opera sua in publico, quatenus intentio maneat in occulto, cunctos ædificent, non solum fidei scientia, verum & operum disciplina.

P.A.R.



EXPLIC. BVL.

PART. IX.

SANE HOC INITO CONSILIO NON ALIOS, QUAM
iurum fieri potest, quam qui in sanctitate, & iustitia
ambulaverint.

53. Omnes Christiani, ex quo tales in Baptismate se profiterentur, debent in sanctitate, & iustitia ambulare; nam ea est ad Legem Evangelicam vocatio, iuxta illud, quod Zacharias cecinit. Luc. I. *Ius iurandum, quod iuravit ad Abraham Patrem nostrum, daturum se nobis, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* In quæ verba Pat. Corn. à Lapide hæc ait: *Sanctitas Deum respicit, consistitque in sancto Dei cultu; iustitia proximum spectat, & consequenter se ipsum; sanctitas ergò tribuit ius suum Deo, iustitia hominibus; ut scilicet quisque tribuat cuique id, quod ei debet, vel ex iustitia, vel ex charitate, ac consequenter sibi ipsi tribuat temperantiam, modestiam, humilitatem, quibus se ipsum rectè ad normam legis, & virtutis componat; hoc enim sibi præstare debet: sanctitate ergò, & iustitia significatur omne officium virtutis Decalago præscriptum. Sanctitas enim præcepta primæ tabulæ respicit, quæ Deum spectant; iustitia secundæ, quæ proximum, & se ipsum concernunt. Hæc ergò sunt officia, & munia vitæ Evangelicæ, ad quæ Christus nos vocat, &c.* Hoc denotat vestis illa candida, quam super baptizatum ponit Baptismi minister, dicens: *Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Christi:* Ritual. Rom. tit. de Baptismo.

54. Sed specialius, & strictius Ecclesiastici, quos elegit sibi Dominus in hæreditatem, ut essent sancti, & iusti, quod notum facit illis Levit. 20. *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos à cæteris, ut essetis mei*
Ideò

PART. IX.

33

Ideò, cum superpelliceum imponit Prælati singulis, quos facit Clericos, ait: *Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.* Pontific. Roman. de Cler. fac: sic significat novitatem in moribus, conscientiæ puritatem, nitorem, absque villo hypocrisis fuce, & dolo, virtutum omnium ornatum, quem extunc, anima Ecclesiastici habere debet, ut de gradu in gradum usque ad Sacerdotium ascendat, crescendo, non minus in sanctitate, quam in dignitate; ita ut licet ab initio Clericatus non habeat illum perfectionis gradum, qui à Sacerdotibus requirit Deus; attamen omnibus pollere debet virtutibus: hæc autem suos gradus habent, per quos ascenditur ad summum, progrediendo sine mora: & hoc denotat verbum illud *ambulaverint*, quod consonat cum eo, quod dixit Deus ad Abraham Gen. 17. *Ambula coram me, & esto perfectus;* & quamvis tritum, dignum est memoria in hoc puncto axioma illud spiritualium desumptum ex D. Bernardo: *In via virtutis non progredi, regredi est.* Non lucrari, perdere; non proficere, deficere; non colligere, dispergere; non ascendere, descendere; quin in puncto fixo valeat quis in hoc mortalium cursu contineri. De sanitate corporis id asserunt Physici; sed in animabus id quotidie spirituales Medici experiuntur. Significat etiam *ly ambulaverint* prudentiam, & discretionem, qua in hoc itinere planè procedendum est. Sunt autem aliqui, qui statim volare, & contemplativi esse ambiunt, cum vix per meditationis viam discurrere inceperint: nondum purgativam vitam satis egerè, cum iam illuminativæ, immò & unitivæ exercitia præsumunt. Alij initio suæ conversionis Gigantes sanctos per extraordinaria virtutum exercitia sequi prætendunt, cum tamen ipsi pigmæi sint, & sanctorum illorum cursus potius mirandus sit, quam imitandus: ex quo fit, quod defatigati, & hiantes in medio cursus insident, & ab inceptis ignominiose desiliunt: sic igitur currendum est, ut duret cursus, & perfectionis terminus comprehendatur: sic ambulandum, ut non sub-



EXPLICAT BVL.

34
subsistamus, sed in dies progrediamur; ita vt nec feruor nimius, aut repeditas in extremum aliquod declinare faciat, nec sine speciali dispensatione, & motione Dei ab ordinaria via recedendum.

PART. X.

PER ORDINATISSIMOS ECCLESIASTICÆ

militiæ gradus.

55. Isti sunt gradus Sacramenti Ordinis: & vocatur status Ecclesiasticus præcipuè *militia*, quia licet quilibet fidelis, dum per Baptismum in Christo renatus est, sub Crucis vexillo nomen dederit, & vocetur Christi miles, ac per Confirmationis Sacramentum speciales vires, & arma accipiat, vt cum communi hoste dimicet, & vita nostra sit continua luctatio cum Dæmone, Mundo, & Carne; dicente Beato Iob: *Militia est vita hominis super terram.* Cap. 7. super quo videri potest Cornelius à Lapide in comment. Epist. 1. ad Timoth. 2. vers. 18. ad Roman. 7. 23. ad Galat. 5. 17. ad Ephes. 6. 13. sed peculiaritè Ecclesiastici sunt milites Christi, & duces exercituum Domini: ita talitèr, quod seculares sunt veluti indigenæ loci, vbi bellum geritur, qui arma arripunt, & pugnam in eunt, vt ab inimicis domos suas, resque proprias intactas, factasque custodiant, aut perditas recuperent. At verò Ecclesiastici sunt veluti milites stipendiarij, qui militiæ adscribuntur sub certo duce, & magistro, & ex regali ærario, aut de vassalorum contributione mercedem accipiunt, & sunt parati diu, noctuquè ad dimicandum, non pro patria solum, sed pro communi bono Regnorum, & maiori gloria Regum, quibus seruiunt; ideo victitant ex hereditate, & peculiari patrimonio Dei, quæ sunt Decimæ, Primitiæ, oblationes, elemosinæ fidelium, pia legata, & quicumque Ecclesiastici proventus Capellaniarum, Anniversariorum, &c.

56. Hoc

PART. X.

35

56. Hoc pacto Sacerdos interpretatur *Sacer dux*: & de Apostolis canit Ecclesia: *Cælestis aula milites, & belli triumphales duces*; & D. Paul. de se ait: *Bonum certamen certavi.* 2. ad Timoth. 4. & discipulum suum Timotheum cohortans, inquit: *Vt milites in illis bonam militiam.* 1. Epist. 1. vers. 18. *labora sicut bonus miles Christi Iesu.* 2. ad eundem. 2. vbi alludit Apostolus (vt ait Cornelius) ad ministerium Levitarum, qui in tabernaculo æquè, ac milites in castris suo ordine, & stationibus excubabant, de quo etiam meminit Pontif. Rom. de ordinat. Diaconi. Dicitur etiam Ecclesia *terribilis, vt castrorum acies ordinata.* cant. 6. & sicut in Ecclesia triumfanti habet Deus suam militiam: Chori enim ordinatissimi Angelorum ita vocantur Luc. 2. *Facta est cum Angelorum multitudo militiæ Cælestis.* Et hi sunt, qui Apostatis, & rebellibus restiterant: *Factum est prælium in Cælo, Michael, & Angeli eius præliabantur.* Eccl. Apocal. 12. sic etiam in Ecclesia militanti habet Deus Ecclesiasticorum cohortes, qui spirituali virtute, & zelo fortitèr dimicent aduersus aëreas dæmonum potestates, quæ ob eorum superbiam, quæ ascendit semper, & invidiam, cuius stymulis tabescunt, de felicitate hominibus ex Incarnatione sequita incessantèr eos persequuntur, & habent etiam suam quodammodo militiam iuxta illud Isaïæ. 34. *Omnis militia eorum defluet*; qui in aduersus hoc obstat, quod in inferno nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat; nam cum naturalia in dæmonibus non defecerint, adest in eis superioritas, & inferioritas secundum perfectionem cuiuslibet naturalem, & hoc sufficit, vt inter eos sint gradus diversi, qui militiam constituere valeant.

57. Ecclesiastica ergò Hierarchia, iuxta ordinatissimos, quos habet gradus, & ordines, vocatur *militia*, & Episcopus ordinans, quos ad Diaconatum provectorus est, qui antiquæ legis respondent Levitis ad ministerium tabernaculi destinatis, sic alloquitur: *In ministerium tabernaculi testimonij, id est, Ecclesie, elegimini in Levitico officio, quæ semper in*

E

pro-



EXPIC. BVL.

36
procinctu posita incessabili pugna contra inimicos dimicat: unde ait Apostolus: non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem, sed adversus Principes, & Potestates, adversus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritua-
lia nequitia in Cælestibus. Et idè etiam Malachias Prophe-
ta, cum Sacerdotem Angelum dixit, addidit: Domini exerci-
tuum, seu exercituum Domini: Hæc sunt ipsius verba: La-
bia Sacerdotis custodiunt scientiam::: Angelus Domini exer-
cituum est. cap. 27.

58. De istorum Angelorum militum, custodum, seu ex-
cubitorum numero videntur esse illi, de quibus loquitur Spon-
sa cant. 3. *Invenere me vigiles, qui custodiunt Civitatem.*
Quod S. Bernardus serm. 77. in Cantic. sic explicat: *Custodes*
tui Angeli sancti, vigiles tui. Et pro se adducit textum illum
Isaia 62. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes: tota*
die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. De Angelis id
dictum est, ait Sanctus; attamen de Ecclesiasticis id etiam
intelligitur, siquidem ut ait aureum os D. Chrysostomi lib.
3. de Sacerd. *In multis communicant Angeli, & Sacerdotes.*
Et idem D. Bernard. serm. 76. anteced. in cantic. inquit: *Quid*
enim vigiles hi? Et sibi respondet, quod sunt servi illi, de qui-
bus loquitur Dominus in Evang. Luca 12. *Beati servi illi, quos,*
cum venerit Dominus, invenerit vigilantes: quam boni vigi-
les, qui nobis dormientibus ipsi pervigilant, quasi rationem
reddaturi pro animabus nostris; quam boni custodes, qui vi-
gilantes animo, atque orationibus pernoctantes hostium insi-
dias sagaciter explorant, anticipant consilia malignantium,
deprehendunt laqueos, &c. Et Sanctus Gregorius in Glos. cant.
3. *Quid per vigiles, nisi Doctores Ecclesie designantur, qui*
lucrandis animabus & scriptis, & dictis invigilant. Sed locus
Isaia supra à D. Bernardo allegatus rectè Ecclesiasticis adap-
tari potest: hi enim super muros Ecclesie constituti custodes,
& vigiles, tota die, & tota nocte, vsque in finem mundi non
cessabunt à Divinis laudibus personandis: hoc denotant horæ
noc-

PART. X.

37.

nocturnæ, & diurnæ Officij Divini recitandi; distribu tæ enim
sunt more vigiliarum, & excubiarum militarium, quæ per tres
horas singulæ durant.

59. In hac sacra militia Episcopi, Superiores, & Parochi,
qui quasi boni Pastores vigilias noctis custodiunt, sunt, qui
plus laborant, & sustinent, & idè non solum vocantur *duces*,
sed frequentius *speculatores*, & *vigiles*. Sic per Ezechielem
unumquemque Prælatum alloquens Dominus ait: *Specula-*
torem dedi te domui Israel. Et Paulus ad Timoth. *Tu verò*
vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium
tuum imple, &c. Omnes autem Clerici ad minus sumus mili-
tes, & idè maximè oportèbit, ut audiamus S. Basilium, &
instruamur in laboribus, qui militiam comitantur, si fortè
ignoramus, & videamus, si Ecclesiasticæ militiæ nomina de-
disse, fuit, ut immunitatibus, privilegijs, redditibus, commo-
dis, & delitijs frueremur, an ut labores, defatigationes, & in-
commoditates plurimas experiremur: hæc sunt verba: *Vbi*
ergò Christus Rex? in Cælo. Huc tuus tibi, Christi miles, di-
rigendus est cursus, obliviscere, quidquid hic in terris est,
miles non domos ædificat, non comparat agros, mercibus, &
lucro non studet, alimenta miles habet à Rege, in plateis si-
bi tabernaculum ponit; cibum sola necessitas metitur, potio
agua; somnium quantum natura requirit, itinera frequentia,
itemque vigiliæ, acrisque ad frigora, caloresque tolerandos
patientia, periculorum cum adversarijs certaminum crebra
susceptio, & in his sæpe mors gloriosa tamen, & quæ Regis
honoribus, & muneribus decoretur, &c. Præfatione in Af-
terica.

60. Advertendum maximè in hoc, quod vires exercitus
consistunt præcipuè in ordine, & observantia militaris disci-
plinæ, id est, in eo, quod quis suum locum, & stationem
custodiat, de sibi commissis curet, Ducum, & Officialium
superiorum mandata promptissimè exequens; ita, ut obedi-
entia militaris Monachis exemplar esse possit, dummodo ad



EXPLIC. BVL

Deum intentio referatur: ex quo intelligere possumus, quomodo & nos sub superiorū nostrorū obediētia militaturisumus, & quam studiosissimi Ecclesiasticæ disciplinæ observandæ esse debemus; sed sine confusione, & verecundia de hoc loqui non possumus, quid enim non patitur miles pro terreno Rege, qui aliquando buccellatum panem mucidum pro stipendio vix rependit? & nos quid pro Deo agimus, qui pinguibus nos redditibus ditat in præsentī, & coronā Gloriæ immarcescibilem legitimè certantibus parat in futuro?

61. Sed & reflectendum est etiam super circumstantiam gravem, quam secum trahit peccatum cuiuslibet Ecclesiastici; quando enim hic illud committit, signa Christi deserit, & ad Luciferum transfugit, vt sub ipsius obedientia militet; quæ res in exercitiis terrestribus a deo vilis habetur, vt pœna illius vix turpissima morte condignè interimilitares luatur. Quando dissimulat, seu non corripit peccata, quæ debet, permittit, vt hostis locum Regni Dei occupet; Regnum enim Dei intra nos est. Quando sollicitat personam aliquam ad peccandum, apertum bellum contra Iesum Christum facit eisdem armis, quibus pro ipso adversus dæmones belligerari debuerat ad dest. uendum ipsorum impetium ob pravas hominum voluntates latissimè patens: fit etiam similis Iudæ, qui, cum Iudæos ad cognitionem Mesia perducere deberet, factus est Dux eorum, qui comprehenderunt Iesum, de eoque, ac quolibet alio Ecclesiastico noxio intelliguntur illæ acerbissimæ querelæ Domini in Psalm. 54. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique; tu vero homo unanimis, Dux meus, & notus meus* Idcirco etiam cum Iuda emeritas luet pœnas in profundo, nisi in tempore opportuno pœnitens resipiscat: *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes.* Ibidem. *Nemo enim magis iram meretur, quam amicum simulans inimicus.* S. Bernard. de conversi. ad Cler. cap. 27.

62. Cum Iudæ mentionem fecerim, in mentem subit obiurgatio illa Christi ad prædilectos discipulos amore plenissima: *Vna*

hora

ed

hora

PART. X.

39.

hora non potuistis vigilare mecum, qui exhortabamini mori pro me? Vobis Iudam non videtis, quomodo non dormit, sed festinat tradere me Iudæis? quid dormitis, surgite, & orate. Responf. 8. offic. fer. 5. in Cœna Domini. Et videor mihi audire Pastorem bonum, dicentem mihi metipfi, & alijs Ecclesiasticis negligentibus, & tepidis, & præcipuè animarum curam habentibus: *Quid dormitis, non videtis dæmones, & omnes infernalium legionum milites, quomodo non dormiunt? surgite, vigilate, orate.* Vigiles, custodes, exercituum meorum milites, duces, quibus animarum custodiam, quas proprio cruore comparavi, commissi quomodo obliviscimini muneris vestri? quomodo ad spiritualia certamina non accingimini? Nō videtis dæmones, & eos, qui eos sequuntur, non dormire, sed incessantè expugnare, & incurfus facere, suggerendo, & incitando ad peccandum animas, quas de captivitate peccati redemi? En, quam fortes, strenui, & callidi inimici castra nostra adoriuntur. Non attenditis, quod pravi, & perversi Satanae ministri non parant labori, vt effrenatas suas cupiditates expleant; nec dubitant noctes insomnes ducere, & incommoda plurima perpeti, facultatesque suas expendere, dummodo appetitum satient, aut arcem aliquam pudicitia invadant? Nescitis machinamenta, & cavillationes Hæreticorum, vt errores suos difeminent, & puritatem fidei catholice contaminent? Non auditis Mahumetanorū expeditiones, vt falsi sui Prophetæ dilatent imperium, & Christianum nomen evertant? *Surgite, orate.* Uideat autem secum quisque, quid ad hæc respondere possit?

63. Consideremus igitur, cum D. Ioann. Chrysof. serm. de Marty. tom. 3. pactum, conditionem attendamus, militiam noscamus; pactum, quod spondimus; conditionem, qua accessimus; militiam, cui nomen dedimus. Delicatus est miles, si putat se posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exeramus vires, fortiter dimicemus, atrociter in prælio isto concertemus. Induamur arma lucis, & sicut in die honestè

18

nestè



EXPLIC. BVL.

40. nescit ambulemus. Vigilemus in orationibus, vt monet D. Petrus, Epist. 1. cap. 4. Orationi instemus, vigilantes in ea, vt hortatur D. Paul. ad Colof. 4. Nam arma Clericorum sunt orationes, & lacrymæ, iuxta S. Ambros. ad Valer. Aug. Vigiliæ nostræ, & excubiæ, non in mænibus, sed in orationibus esse debent. Specula Ecclesiastici est turris illa, quam Pater familias in vinea sua posuit, & quam SS. PP. de Templo, quod domus est orationis, intelligunt. Moyses non pugnabat manibus, nec erat in prælio; orabat tamen in vertice collis, *Cum que levasset manus Moyses, vincebat Israel; sui autem paululum remisisset, superabat Amalec*, Ecce vim orationis, en arma Ecclesiasticorum.

64. Sed expendamus hoc ampliùs, licet obiter: non putemus victorias temporales, & spirituales consequendas ob quascumque preces: fervidæ esse debent, non tepentes; nec satis est manus exterius sursum levare, si intus sunt corda deorsum; nec sufficit voce clamare, si cor nostrum longe est à Deo. Si oratio sit remissa, vincitur fidelis populus, superat Turca, fervet hæresis, refrigescit charitas, vincit mundus, demon, caro. Si autem remissio orationis, immò & quod paululum remittatur, sat est, vt vincatur Israel, & superet Amalec, quanto magis omissio?

65. Lacrymæ quoque sunt arma nostra. De oratione Christi in Horto loquens S. Paulus ait: *Qui in diebus carnis sue preces, supplicationesque... cum clamore valido, & lacrymis offerens, &c.* Sic orabat Iesus, & ita exemplo suo docebat nos orare pro peccatoribus. Sed vbi lacrymæ nostræ? vbi clamores? vbi compunctio? discutiamus igitur, quomodo in militia ista exerceamur: examinemus quomodo Horas Canonicas recitamus; Sacrificium que Missæ celebramus: ne sit officiantèr, festinè, & pigrè, sed devotè, attentè, ac digne, quantum possumus, pensum Divinum solvamus: nec aliud cogitemus, & aliud cantemus, psallamus spiritu, psallamus & mente; nec opus Dei, id est, Altaris iuge Sacrificium, negli-

PART. X.

41.

gigentèr, sed reverentèr, & summa cum religione faciamus: clamemus ibi ad Patrem, vt mediatores, & legati pro populis: offeramus ipsi clamores, & lacrymas Filij, dum nos aridi, & tepidi sumus: militarem pudicitie cingulum numquã abijciamus: à mundi delitijs, & oblectamentis abstineamus, ne vires hostibus nostris addamus: divitias, & honores sæculi fugiamus, vt expeditiores ad pugnam simus; nam nudi cum nudis luctari debemus: temporalibus negotijs ne implicemur, vt ad collectionem mentis præptiores simus; tempus, quod detractio- ni suppetit, detur lectioni, & orationi: huic indefinentèr vacemus, ne inermes, & imparatos inveniant nos inimici nostri; qui exhortamur, mori pro Christo, & vitam pro ipsius fide profunderemus, saltèm cum Christo in Horto vna hora quotidie vigilemus, eius Vitam, Passionem, & Mortem mente recolentes: in omnibus, vt veri Christi milites, strenuè nos geramus; dedecerentim maximè, rudes, & indisciplinatos in exercitio hoc militari Ecclesiasticos inveniri; nam alitèr, quomodo inimicis Ecclesiæ resistemus? quomodo infidelium conversionem, Hæreticorum reductionem, peccatorum resipiscen- tiam, tentationibus, & tribulationibus vexatorum victoriam cosequemur?

66. Agnoscant præcipuè Parochi, se immediatos Pastores, & excubitores, vt super vitam, & mores animarum sibi creditarum assiduè invigilent, esse constitutos: vnde gravè malum Christianis copijs immineret, si ipsi dormirent, nec cognoscerent oves suas, aut non curarent scire, quo modo vivant, vbi pascantur, an instructæ sint in his, quæ nosse oportet ad salutem, sit vè aliquid remedio dignum in centuria sua. Cogitent animarum regimen esse onus Angelicis humeris formidandum: nec ideò tamen detrectent onus, si à Deo vocentur; peccant tamen à Deo vires, ne succumbant; scit enim Dominus sic oneratos, gratia reficere, & pondus leve facere: ne vè inconsideratè illud subeant, putantes non adeò grave onus esse, vt dicitur, ex quo fortè videant aliquos, parum se oneratos sub hoc pon-



EXPLIC. BVL.

ponderare ostendere, nec unquam gemere, & fortassis causa est, quia nec hi respiciunt, quid debeant facere, sed quid alij faciant. Audiamus S. Bernard. Epist. 42. ad Henric. Archiepif. Senon. *Cæterum curritur in Clero passim ab omni ætate, & ordine, a doctis pariter, & indoctis ad Ecclesiasticas curas, tanquam sine curis iam quisque victurus sit, cum ad curas pervenerit; nec mirum de his, qui nedum in semetipsis experi sunt, videntes quippè alios, qui iam proprios humeros cupitæ sarcinæ sub miserunt, non solum non gemere, tanquam sub onere, sed insuper appetere plus onerari, non deterrentur periculis, quæ cupiditate cæcari non vident, sed favoribus ampliùs, quos illis invident, provocantur.*

67. Noverint quoque Confessarij, se duces esse animarum, verbo, & exemplo debere præire, zelo flagrare, medicinam spiritualibus morbis adhibere, pœnitentes in modo resistendi dæmonum tentationibus, & eorum insidias præcavendi instruere, sana consilia dare, de gravissimis negotijs iudicium ferre; propter quod ignorantiam abijciant, doctrinam acquirere indefesse satagant, ne de illis dicatur: *Cæci sunt, & duces cæcorum.* Matth. 5: nulla sit apud eos personarum acceptio; nec minus libentèr pauperem, quam divitem audiant, redigant ipsi ad praxim perfectionis documenta, quæ alios docent; incongruum enim esset, laxioribus ad sui directionem regulis uti, dum alijs strictissima præcepta imponunt; & verificaretur de illis, quod de Scribis, & Phariseis aiebat Christus: *Dicunt, & non faciunt; alligant enim onera gravia;: digito autè suo nolunt ea movere.* Matth. 23. nec imitètur Stellam illam, quæ Magos duxit ad præsepe; sed ipsa foras mansit, nec intravit, ubi erat Puer Iesus cum Maria Matre eius; secus enim, quem admodum Stella illa non fuit de eis, quæ fulgebunt in perpetuas Æternitates, sic nec hi Doctores, licet ad iustitiam erudiant multos, nisi confusi redeant ad cor, èo quod in se admittunt, quod in alijs reprehendunt, nec imitantur, quod laudant, atque magnificent.

68. Pe-

IN PART. DIX. XXX

43

68. Peius autem esset, si, quod Deus avertat, essent aliqui, qui nec viam perfectionis, & orationis arriperent, nec sine- rent alios fuscipere, contra quos exclamat S. Bern. de convers. ad Cler. cap. 27. *Væ vobis, qui clavem tollitis, non scientiæ, sed authoritatis; nec ipsi introitis, & multipliciter impeditis, quos introducere debuistis.* Alludit ad verba Christi Matth. 23. *Væ autem vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, quia clauditis Regnum Cælorum ante homines; vos enim non iniratis, nec introeuntes sinitis inirare.* Quomodo enim huiusmodi Domini exercituum duces vocari possent?

69. Compertum est etiam, Concionatores in hac militia Ecclesiastica Evangelicæ tubas esse debere, quæ milites ad pugnam spiritualem excitent, iuxta illud Isaia. 54: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, &c.* Quid autem, si essent fortè aliqui horum, qui dulcisonæ fierent cytharæ, ut audientes mulcèrent, & oblectarentur, oblitis sententiæ D. August. ferm. 106. de tempor: *Scitis, quod tuba, non tam oblectationis esse soleat, quam terroris; non tam delectationem proferre, quam inferre formidinem?* Qui divino verbo, non, ut gladio acuto ad feriendum, & penetrandum cordis intima, sed, ut gladio obtuso, & orbiculato ad digladiandum, sicut solent facere etiam amici exercitationis gratia, & ad demonstrandam dexteritatem, uterentur? Hi nimirum non Iesum Christum, & hunc Crucifixum, uti faciebat Apostolus, prædicarent; sed se ipsos extollerent, suæque scientiæ ostensionem facerent: non gloriã Dei, sed laudem propriam querere non obscure declararent, præcipuè; si conceptus suos ad eò obscuris verbis exprimerent, ut vix à sapientioribus caperentur.

70. Si ergo aliqui horum fortè sunt, meminerint, non pro sua tantum, sed pro audientium capacitate plebes pascere debere, *salutaribus verbis docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas*

F

sec-



EXPLICAT. BVL.

festari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & Cœlestem gloriam consequi valeant, S. Trident. C. 2. sess. 5. cap. 2. Instruant ergo eodem stylo plano, ac facili ad superandum inimicos illis armis, quorum meminit Prædicator veritatis ad Ephes. 6: *Induite armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio, &c.:: stante ergo succincti lumbos in veritate, & induite loriceam iustitiae, & calcatei pedes in præparatione Evangelij pacis in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus Sanctis, &c.* His induti sunt Sancti, & terribiles hostium cuneis effecti, prout testatur exercitissimus in prælijs, & victorijs de Satana, & eius callidissimis militibus, ac de carne, & mundo reportatis S. Antonius Abbas, qui ait; *Magna, dilectissimi, adversus demones arma sunt, sincera, & intemerata ad Deum fides: credite mihi experto, perimescit Satanas rectè viventium vigilias, orationem, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipue purum cor erga Christi amorem, &c.* Redeo ad textus explanationem, à qua præter intentionem, ultra quod putaveram, digressus sum.

71. Supposito ergo, quod in hac Ecclesiastica militia, ut potè ordinatissima Hierarchia, sunt gradus superiores, & inferiores, exprimit SS. desiderium suum, quod non alij ad Sacerdotium assumuntur, nisi, qui in sanctitate, & iustitia per omnes gradus inferiores transierint; non solum per saltum se promoveri non facientes, quod est gravissimum sacrilegium, & annexam habet suspensionis pœnam; sed etiam in ipsis gradibus sistentes oportuno interstitiorum (de quibus statim) intervallo, ut ritè disciplina Ecclesiastica imbuï possint: admodum, quo in sæculari militia, quando optimo gaudet regi-

mi.

PART. X.

45.

mine, non dantur Ducatus; & ministeriorum superiorum gradus, nisi ijs, qui in inferioribus positi condignis servitijs ea emeriti fuerint, sumendo videlicet, primum scopulum, & lanceam, fortitudinem, & robur in conflictibus, & pugnis ostendendo, & militarem disciplinam in laboribus, & vigilijs sub obedientia alicuius Officialis nobilitate, & virtute multo fortè inferioris addiscendo, antequam Ducatum suscipiant, ne in virtute, ac dexteritate in experti iubere, ac gubernare incipiant, quod nesciunt; nam, ut ait Author Glossæ ordinariæ in 1. Timoth. 3. *Nescit regere, qui non didicit obedire.*

PART. XI.

STATIS INTERVALLIS AMBVLAVERINT, &c.

72. Hæc intervalla sunt *interstitia*, seu spatium temporis, quod mediare debet inter unam, & alteram ordinis receptionem, ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine, licet in quantitate temporis, seu intervalli, fuerit aliqua variatio. Ita Hallier de Sac. elect. & ordin. sess. 7. art. 7. Eorum observantia plurimum interst. ad Ecclesiasticam disciplinam non minuendam. Philib. March. de ordin. tract. 2. part. 6. cap. 6. Vterque meminit duorum exemplarium valde doctrinalium S. Cypriani, qui loquens de Aurelio, quem Lectorem ordinaverat, ita fatur Epist. 33. ad Cler. & plebem: *Merebatur talis Clericæ ordinationis altiores gradus, & incrementa maiora, non de annis suis, sed de meritis æstimandus, sed interim placuit, ut ab officio Lectoris incipiat;* et Epist. 34. mentionem iterum faciens eiusdè Aurelij, Et Celerini, quem etiam ad Lectoris solum gradum provexerat, ait: *Hos tamen Lectores interim constitutos sciatis, cæterum Presbyterij honorem designasse nos illis iam sciatis, ut & sportulis eisdem cum Presbyteris honorentur.* Constat autem ex Martyrolog. Rom. 3. februar. Bedæ, Usuard. & aliorum eodè die, quod Celerinus mortuus est Diaconus tantum; cum autem Celerinus sanctitate, doctrina, & eloquentia eminenti præditus esset, ut constat ex

sup

F 2

Epist.



EXPLIC. BVL

Epist. 21. S. Cyprian. ad Lucian. argumentum efficax est, quod ratio, quare cum non statim Presbyterum ordinavit, tanti gradus designatione contentus, fuit propter interstitiorum observantiam, probando prius secundum leges Ecclesiasticas in Ordinum inferiorum ministerio, quem ad superiorem, quia sibi valde probatum, promovere decreverat.

73. Addit autem ad hæc Hallier verba, quæ zelus Ecclesiasticus ipsi dictavit: *ONos Patriarum & Apostolicarum traditionum negligentes, qui non Christi nomine confessione probatos, non toti Orbi persequutionum pro Christo tolerantia conspicuos, non eloquentes, & eruditos viros (sicuti erant Aurelius, & Celerinus) sed totos luxui deditos, et mundanæ vanitatis desiderijs inbianes, vel subrusticos homines, uno, vel altero mense ad Presbyteratum evehimus! Hæcine est Apostolorum constitutio? Maiorum traditio? Ecclesia regula? Ordinandorum hæc præsumptio, atque audacia, hæc Sc.* Hinc inferre poterit quilibet ordinandus, quam cautus debet esse in his dispensationibus petendis; & etiam, quod si Prælarus eas non concedit, plures ad denegandas ei suppetent rationes. Perfectius quidem erit ab ipsis abstinere, & conformitatem solum cum Divina voluntate signi, in præcepto Ecclesiastico manifestata, prætere.

74. Non autem in singulis gradibus, vel sæculis fuit æqualis mora, seu quod idem est, non fuerunt æqualia intervalla, seu interstitia inter unum, & alium ordinem, ut videri potest apud Hall. vbi sup. § 3. num. 13. Et constabit ex constitutionibus, quas postea allegabimus.

75. S. Trid. Conc. sess. 23. de reform. cap. II. 13. & 14. mediocritatem nostris temporibus convenientem amplexum est, temperando quidem antiquorum Canonum rigorem, disciplinam verò Ecclesiasticam minimè relaxando. Pro ordinibus minoribus temporis intervallum non determinat, sed ait: *Minores ordines: per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videbitur, conferantur.* Prudentiæ Episcopi relinquit

PART. XI

quit designare quantitatem temporis, quod mediare debet, & etiam super hoc ipso dispensare. Aliqui dicunt, quod sufficit intervallum unius Dominicæ ad aliam; sed fundamentalius videtur iudicium eorum, qui asserunt, quod designentur interstitia ab una ordinatione generali ad aliam, seu a quatuor temporibus ad alia quatuor temporum ieiunia. Ita Hall. vbi sup. ad minus generaliter de omnibus loquendo; siquidem licet ordines minores conferri possint qualibet Dominica, aut die festivo duplici, Pontif. Rom. tit. de minor. ordin.; non tamen pluribus, ita ut videatur generalis ordinatio fieri, quæ solis præscriptis à iure temporibus, etiam quoad minores, est peragenda Cap. De eo, de tēp. ord. sed paucis, id est, illis, cum quibus videatur Prælato ex iusta causa dispensare, seu interstitiorum intervalla contrahere.

76. De aliquibus fertur Ecclesijs, quod est consuetudo, omnes minores ordines simul eodem die, immò etiam Subdiaconatum, conferendi. Barbof. de potest. Epist. I. alleg. II. & plures alij. Sed laudabilius videtur contrarium. Et ita Marchinus, postquam opiniones refert, addit: *Hæc ad favorem Episcoporum, & Ordinandorum de rigore iuris dicta sunt; cæterum regulariter, & absque urgentissima causa, sicut non laudantur Episcopi illi, qui eadem die eundem minoribus omnibus initiant; ita multo minus commendandi sunt, qui minores, vel Acolytatum simul cum Subdiaconatu eadem die eidem impertirent, cum communior opinio Theologorum huic facto adversetur.* tract. I. de ord. p. 7. cap. I. num. 18. & Barb. in dict. loc. Trident. num. 5. *Laudabilius est ab hac dispensatione abstinere (loquitur de interstitijs inter unum, & alium ordinem minorem) nisi immineret necessitas, vel alia urgens causa ei (id est Episcopo) bene viffa.*

77. Stando litteræ textus Tridentini, potest Prælatus dispensare, aut non observare præfata interstitia, si id ei expedire magis videbitur, hoc est, ex rationabili causa, ut explicat Marchin. ibidem numer. 6. qualis est vita solitaria Patrum Carthufianorum



EXPLIC. BVL.

48. *sanorum ex declarat. §. Congreg. Teste Iulio Cæsare. Mad. de Sacr. Ord. cap. 5. & 7. Prax. Neapol. cap. 83. n. i. aetas provec- ta ordinandi, quando hic secum affert scientiæ, & morum recommendationem; futura absentia studiorum causa, &c.*

78. *A susceptione Acolytatus vsque ad Subdiaconatum assignat Tridentinum intervallum vnus anni: Hi verd, non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros promoveantur. Interstitia igitur ordinum minorum prudentis Episcopi arbitrio reliquit, tam quoad ad determinationem intervalli, quam quoad dispensationem, sed non ita interstitia ab Acolytatu ad Subdiaconatum, nam, & tempus designavit, & causas dispensationis limitavit: Nisi necessitas, inquit, aut Ecclesie utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat. Trid. vbi supr. cap. 11. in quo clarè insinuatur, quod hæc interstitia strictius observari, & cautiùs dispensari debent ob eas præcisè causas, quas Tridentinum assignat.*

79. *Ratio huius discriminis tribuitur ab Hallier vbi supra, num. 26. vna est ex parte Ecclesie, ex parte ordinandi alia; ita ait: Nam cum iam minores ordinum functiones aliquæ tantum in usu sint, disciplina circa initia ijs ordinibus, aut nulla, aut longè minor vigeat, obligatio eorum ferè nulla sit, &c. At vbi ab his ordinibus ad sacros ascenditur, in quo cælibatus, & Clericalis vitæ incunda professio emittitur, nec licet manum ponentem ad aratrum reiro aspicere, serio tunc de- mùm providendum, ne vel inutilibus Ecclesia Clericis onere- tur, vel ingrato se stant, aut conditioni quæquam adscriptum doleat, vel inextus admittatur; probationis itaque tunc tẽ- pora necessaria sunt, quia probatio maximè necessaria.*

80. *A Subdiaconatu ad Diaconatum vnus saltem anni intervallum decernit. D. sess. 23. cap. 13. Nisi aliud Episcopo vi- deatur; quod debet intelligi de visu, & iudicio ratione regula- to. Navarr. consil. 11. lib. 1. de temp. ordin. ex Bartol. causa ad dispensandum in his interstitijs non requiritur aded rigorosa, ac ad dispensandum in antecedentibus; cæterum debet esse gra-*

IV PART. XI.

49.

gravior, quam ad dispensandum in interstitijs inter Ordines minores; maior, aut minor iuxta quantitatem temporis dispen- sandam. Quod suadetur primo; quia Tridentinum designavit tempus vnus saltem anni, quod non fecit in ordinibus minori- bus. Secundo; quia Diaconatus est Ordo Sacer. Tertio; quia Ordinatus accedit propiùs ad Sacerdotium, &c. Motivum au- tem, quod habuit Tridentinum, vt hanc dispensationem ar- bitrio Prælati relinqueret, fortasse fuit, quia ministerium Dia- conatus his temporibus minori indiget probatione; cum iam in- defuetudinem abierint Canonice Leges, in quibus multa Dia- conis committebantur, quæ valde exactam personæ, cuius fi- dei tradenda erant, cognitionem, & experientiam requirebant; & aliàs Diaconatus nullam addit de novo obligationem, aut vinculum, sive castitatis servandæ, sive Officij Divini recitan- di, quod non trahat secum Subdiaconatus.

81. *A Diaconatu ad Presbyteratum designat Tridentinum D. sess. 23. cap. 14. Annum integrum (intellige secundum com- putum Ecclesiasticum, tam hic, quam in antecedentibus) nisi ob Ecclesie utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo vi- deatur. Hæc sunt interstitia maiori cum rigore observanda, quia est vltima probatio, vt ordinando dispensatio thesauro- rum Dei credatur, cum ad supremam Sacerdotij dignitatem elevatur. Colligitur hoc, non solum ex eo, quod Concilium causas dispensandi determinavit, facultatem DD. Episcoporum coarctando, sed etiam, quod ad dispensationem intervalli as- signati inter Acolytatum, & Subdiaconatum solum exigit ne- cessitatem, aut utilitatem; ad dispensationem verd horum in- terstitiorum vtramque exigit: ibi vtitur disiunctiva aut; hic copulativa ac; & ita notarunt Barbof. in Trident. D. sess. 23. cap. 14. num. 2. Philib. March. vb. sup. cap. 3. num. 2. cū alijs plu- ribus, Hieron. Rodrig. ap. Barbof. explicat utilitatem, Quando pauci ministri existunt, & necessitatem: quando non solum habentur pauci Ecclesie ministri, sed etiam deficiunt idonei, & non idonei. Bene verum est, quod hoc iudicare debet Præ- latus*



EXPLIC. BVL.

Iarus ea latitudine, quam permittunt res morales. Idem ferè ait March. vb. sup. cum Sorbo, & alijs, quos etiam refert Barbof. de potest. Episc. part. 1. alleg. 14.

82. Sed dicit aliquis: sine causis aded vrgentibus videmus concedi à Summo Pontifice dispensationem interstitiorum in Brevibus, vulgo dictis de *Extra tempora*. Respondeo, quod Pontifex est supra Concilium, & potest pro sua autoritate, rationaliter in legibus Ecclesiasticis dispensare, nec Concilium loquitur cum Sanctissimo, sed cum Episcopis; qui quidem, vtpotè inferiores solum possunt dispensare ob causas illis permissas à Concilio, cuius observantiæ adstricti sunt.

P A R. XII.

AC PIE, ET FIDELITER IN MINISTERIJS

anteactis se gesserint, ad Sacerdotium assumi.

83. Verba sunt Tridentini D. sess. 23. de reform. cap. 14. infra num. 225. integrè referenda, de quo etiam D. Paulus ad litteram ait 1. ad Timoth. 3. *Qui enim benè ministraverint gradum bonum sibi acquirent. Verf. Ætiop. maius ministerium.* Et Tirinus ita explicat: *qui in munere Diaconatus benè, ac laudabiliter ministraverint aliquamdiu Ecclesiæ, bonum gradum, seu locum gratiæ, seu meritum sibi acquirent, tum apud Deum, tum apud homines, ut mereantur altius promoveri in Sacerdotes, & Episcopos.* Ita Chrysof. Ambros. Theophyl. Anselmus. Et infert à Lapid. ibid. *vnde Conc. Trident. sess. 23. cap. 11. iubet eos ad Ordines altiores promoveri, qui in inferioribus piè, ac fideliter se gesserint.* Quod est valde conforme verbis Christi in talentorum parabola. Sanct. Thom. in 1. ad Timoth. 3. & sic idem est, ac si Prælati diceret ei, quem ad Sacerdotium promovet, cum in ministerijs inferioribus benè se gesserit, receptam gratiam vacuum non habendo:

PART. XII.

51.

bendo: *Euge serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam,*

84. In huius Confirmationem, & dicti in clausula antecedenti S. Cyprian. lib. 4. Epist. 2. ad Anton. laudat S. Cornelium, quod gradatim ad Pontificatum fuerit evectus: *Non iste (Cornelius) ad Episcopatum subito pervenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in Divinis administrationibus sepe promeritus ad Sacerdotij sublime fastigium cunctis Religionis gradibus ascendit; tum deinde Episcopatum ipse nec postulavit, nec voluit, sed vim passus est, ut Episcopatum coactus acciperet.*

PART. XIII.

SACRASQUE ORDINATIONES IVXTA PRIS-

cum Ecclesie morem præscriptis à Iure temporibus Orationi, & ieiunio consecratis haberi cupientes.

85. De tempore ab Ecclesia præscripto ad Ordinum collationem agit latè Decretum Gratiani distinct. 75. lib. 1. Decretal. tit. de temp. ordin. Barbof. de potest. Episc. part. 1. alleg. 17. & quos ipse ibi citat. Hall. de sacr. elect. & ordinat. sect. 7. cap. 1. art. 1. March. de sacr. ordin. tr. 1. par. 7. cap. 5. Durand. in Ratio. Divin. Offic. lib. 2. cap. 1. & lib. 6. de Offic. 4. tempor. Amalarius, Raban. & alij, quos citat Hallier relatus, ex quibus, & alijs resumam hic, quod sufficiat ad huius clausulæ intelligentiam; & qui plura cupiat, consulat Auctores locis citatis.

86. Præsuppono, quod ex antiquissimo Ecclesiæ vsu Sacri Ordines non conferuntur, nisi ieiunio, & orationibus præcedentibus. Constat hoc ex Actibus Apostolicis, vbi referens S. Chronista Lucas Ordinationem septem primorum Diaconorum, ait: *Orantes imposuerunt eis manus.* Act. 6. per im-



EXPLIC. BVL.

positionem manuum significatur collatio Sacramenti Ordinis; ut patet ex varijs locis Epist. Paul. 1. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiam, quæ tibi data est per impositionem manuum Presbyterij;* & cap. 5. *manus citò nemini imposueris.* Et Epist. 2. ad eumd. cap. 1. *Admoneo te, ut resuscites gratiã Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Et ratio est clara, quia est signum sensibile practicum, seu causativum gratiæ potestativæ, qualis per Sacramentũ Ordinis tribuitur. In oratione comprehenditur Sacrificiũ Missæ, provt nunc etiam observatur, cum nullus Ordo Sacer, nisi intra Missarum solemnias, & præcedentibus Litanij conferatur. S. Ioannes Chrysostomus ap. Corn. ibi ait, etiam includi ieiunium, cuius expressè meminit S. Lucas cap. 13. de Ordinatione SS. Pauli, & Barnabæ agens: *Tunc ieiunantes, imponentesque eis manus;* id est, ut legunt Pagn. Uatabl. & alij, versionem Syriacam sequentes: *Postquam igitur ieiunassent, ac preces auspiciati fuissent, imposuerunt eis manus.* Et de ieiunio prævio etiam explicantur verba cap. 14. seq. vers. 22. *Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum ieiunationibus;* nam, ut ait à Lap. ibi. *Est hystorologia; Oratio enim, & ieiunium præmissum fuit Ordinationi Presbyterorum, æquè, ac præmissum fuit in Ordinatione; Pauli, & Barnabæ.*

87. Hinc est, quod Summi Pontifices vestigia, & traditionem Apostolorum sequentes decreverunt, quod Ordinationes generales celebrarentur solum in sabbatis quatuor anni temporum, & in sabbatis ante Dominicam Passionis, & Resurrectionis D. N. Iesu Christi. Dist. 75. per tot. & cap. de eo 3. de temp. Ordinatio & alijs pluribus Apostol. constitutionibus, quas affert Hall. vbi supra nu. 5. quæ quidem tempora peculiaritèr ieiunio, & orationi consecrata sunt; & quia Quadragesima est tempus ad eò sacrum, in quo ieiunio, & oratio longiùs protrahuntur, tres generales Ordinationes intra eam habentur. Hall. loc. cit. art. 2. num. 12. & vna ex præcipuis rationibus ad instituendum ieiunium quatuor temporum fuit, ut eò tempo-

re.

PART. XIII.

53.

re Ordinationes celebrarentur. Idem Hall. vbi præ. num. 15. Licet enim hoc motivum ex nullo textu præfatæ distinctionis 75. vbi de institutione prædicti ieiunij agitur, constet, sufficit ad id asserendum autoritas D. Thomæ, qui 2. 2. quæst. 145. art. 5. in corp. rationes de congruitate, seu convenientia insti. utio- nis ieiunij enumerans, ait: *Similiter etiam consuetudo Ecclesiastica habet, ut in singulis quærtis anni Sacri Ordines conferantur, ::::: ad quarum susceptionem oportet per ieiunium præparari, & eos, qui ordinant, & illos, qui ordinandi sunt, & etiam totum populum, pro cuius utilitate ordinantur.* Et concludit: *Singula verò ieiunia quatuor temporum tribus diebus continentur, propter numerum mensium, qui competit cuilibet tempori, vel propter numerum Sacrorum Ordinum, qui in his temporibus conferantur.* Eiusdem sententiæ est S. Ioan. Chrysost. relatus à P. Corn. in Act. Apostolor. cap. 13. vers. 2. *Ieiunantibus, ibi: ieiunium enim ex Apostolorum usu, & traditione solet præmitti Ordinationi, tum, ut fideles Dei gratiam ad idoneos ministros Ecclesiæ ordinandos ieiunio implorent tum, ut ordinandi ieiunio se disponant ad recipiendum Ordinationis gratiam.* Ita Sanctus Chrysostomus.

88. Confirmatur ex eo quod dicit Durandus in ration. lib. 2. cap. 1. num. 38. non licere transferre, vel antepone hęc ieiunia ob Solemnes aliquas occurrentes festivitates, *nec tunc posse Ordines celebrari; meliùsque esse festivitates ipsas transferri.* Et lib. 6. cap. 134. in Offic. sabb. Quat. Tempor. sep. num. 4. clariùs inquit: *Sed si, ut præmissum est, ieiunia constituta sunt in prædictis septimanis pro his, qui ad Ordinem accedunt, nunquid commutari possunt, quando nullus tunc ordinatur? certè non, nisi &c. Cum enim sit vna Ecclesia. &c. Præterea licet alicubi non fiat ordinatio, fit tamen alibi, pro quibus ieiunare, & orare debemus, ut digni ad ordinationem perveniant; omnes enim fratres sumus.*

89. Ad minus negari non potest, Ecclesiam designasse ad Ordines hęc tempora, quia ieiunio, & orationi, sunt conse-

G 2

crata,



EX PIC. BVL.

crata, vt colligi videtur ex cap. *Reliqui* dist. 67. cap. *Quod die*. distinct. 75. Et licet probabiliter credi possit, nec Apostolos, nec primos eorum successores Episcopos observasse hæc tempora ad Ordinum collationem, propter necessitatem, & præcissitudinem constituendi ministros in Ecclesijs, quas prædicatione sua fundabant. Hallier § 3. Cæterum numquam ordinationem habuerunt, nisi præcedente ieiunio, & oratione, vt patet ex locis Act. Apostol. relatis. Et tempore S. Anacleti, qui fuit IV. à D. Petro Pontifex, iam lege sancitum erat (vt ex Epist. eiusd. 2. ad Episcop. Ital. constat) quod ordinationes non fierent nisi præcedenti ieiunio. Dist. cap. *Reliqui* dist. 67.

90. Volunt etiam aliqui, primos Summos Pontifices vsque ad Simplicium solum mense Decembri ordinationes celebrasse, sic què non licuisse eas alijs temporibus habere. Sed Hall. gravi innixus fundamento asseverat, quod ante Simplicium S. Leo declaravit, posse alijs temporibus celebrari, & post Simplicium plures adhuc observarunt, solum in Decembri ordinationes habere, & de paucis refertur, eas alijs temporibus celebrasse, vt Mensibus Februarij, Martij, Iulij, & Septembris, & tempore Quadragesimæ: vnde ex hoc facto nequit ius impugnari, hoc est, non fuisse licitas alijs mensibus, præterquam in Decembri. Immò Durand. lib. 6. cap. 34. affirmat N. P. S. Petrum Ordinationes fecisse mense Septembris, & rationem hanc congruentiæ adducit: *Meritò autem in hoc mense fit Clericorum Ordinatio, quoniam & in hoc mense fiebat Tabernaculorum celebratio; Ordinati verò sunt ministri Ecclesie in die Tabernaculorum per septiformem gratiam in septem gradibus constituti. Vnde & Beatus Petrus legitur Ordinationem fecisse in Septembri sex Episcoporum, decem Presbyterorum, & septem Diaconorum.*

91. Solum est hic notandum ad confusionem vitandam, quod licet observantia ieiunij quatuor temporum sit ex traditione Apostolica, ad quam postea accessit præceptum ob consuetudinem generalem, & acceptationem Ecclesie; videtur

PART. XIII.

55.

tur tamen, quod fuit aliqua diversitas in tempore celebrandi prædicta ieiunia, ad minus in Ecclesijs particularibus; quia N. P. S. Isidorus lib. 1. de Offic. Eccles. cap. 37. 38. 39. 40. assignat, post ieiunium Quadragesimale, quatuor alia tempora ieiuniorum; primum altera die post Pentecostem, vt nunc quoque observatur. Secundum 24. Septembris. Tertium Kalendis Novembris. Et Quartum Kalendis Ianuarij. Ratio huius fortè originem habuit ex diversitate computandi annum, & menses, cum aliàs vellent celebrare ieiunia Quatuor Temporum cum aliqua correspondentia ad ieiunia solemnia veteris legis, de quo meminit idem Hispaniarum Doctor Maximus loc. cit. Durandus quoque aliam designationem Quatuor Temporum ab ea, qua nunc vritur Ecclesia, habet lib. 6. cap. 34. & motivum assignat ibi; sed hoc non obstanti numquam fuit variatio formalis in celebratione Ordinationum, cum hæc semper factæ fuerint temporibus ieiunij, & orationis.

92. Rationem, quare Pontifices Ordinationes habuerint mense Decembri assignat Durand. loc. proxim. citat. num. 4. *Apostolici vsque ad Simplicium Papam in Decembri semper Ordines celebrabant, vt Ordinandos coaptarent generationi Iesu Christi; Simplicius verò addidit Ordines in Februario tribuendos, vt ordinandos viciniùs incorporaret Corpori Iesu Christi.* Amalarius apud Hall. vbi prox. pro ordinatione generali Decembris eandem rationem assignat; pro alijs tribus temporibus dat aliam, quæ est prior observantiæ, quam nunc habet Ecclesia in his ieiunijs. Communior est, quam dedit Honorius in Gemma Anim. lib. 4. cap. 155. quem citat Hall. & sequuntur March. vbi sup. Dur. lib. 2. cap. 1. En eius verba, quia aliam rationem assignat: *Ordinantur in quatuor temporibus idèd, quia Sacerdotes, & alij Clerici locum in Ecclesia obinent, quem Levitæ in populo Israel obtinuerunt, quos sicut in lib. Machab. cap. 3. legitur, Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Aegypto, dum primogenita Aegyptiorum interficerentur, custodivit. Primogenita verò,*



EXPLIC. BVL

56
rò, quasi quædam primitiæ sunt; unde quasi primitias Domino offerimus, cum aliquem ad Sacros Ordines consecramus; conveniens igitur est, ut in primitiis temporum, scilicet in 4. temporibus primitias hominũ offeramus. Rursus idem in 4. temporibus, ut in quatuor virtutibus exormentur, & sub 4. Evangelij servire Christo, & Ecclesiæ moneantur. In vere, ut virtutibus floreat, in æstate, ut fructus afferant, in autumno, ut fructus honorum operum metant, in hieme, ut collectos conservent in horreo, & eis fruantur in Domino. Ultra hæc, vidimus alia peculiaris mysteria, quæ conveniunt Ordinationibus factis mensibus Septembris, & Decembris, & Februarij, quæ proculdubio sunt, quæ nunc fiunt Sabbato ante Dominicam secundam Quadragesimæ, de quo ait Durand. ibi, *Quod est Sabbatum privilegiatum, quia in eo Ordinationes celebrantur.*

93. Sabbato ante Dominicam Passionis fiunt Ordinationes, quia antiquitus hac die fiebat scrutinium, seu examen baptizandorum Sabbato Sancto, & dicitur in Missa introitus: *Omnes sitientes &c.* Et Evangelium: *Ego sum lux mundi &c.* Quia igitur in hoc Sabbato ostendit Ecclesia largitatem Domini dantis gratiam in Baptismo, & in doctrinã, quibus ex largitate Dei abundanter datur gratia, idem fiunt Ordines in illo die, & etiam, quia imminet tempus Passionis. Durand. ubi sup. in Offic. huius diei.

94. De Sabbato Sancto maioris hebdomadæ rationem tribuit S. Leo Papa distinct. 75. cap. *Quod à Patribus.* Et sequent. *Quod die Dominico.* De Sabbato post Pentecostem est etiam clarum mysterium, quia Spiritus Sanctus in ordinatorum descendit, & invocatur cum Hymno: *Veni Sancte Spiritus &c.* Et dicitur Diaconis, & Presbyteris in ordinatione: *Accipe Spiritum Sanctum &c.*

95. Cathecismus Romanus tit. de Sacrament. Ordinis S. *Interest etiam,* aliam tribuit rationem generalem ad nostrum: propositum magis accedentem, quam & Barbossa alijs ante
ponit-

PART. XIII.

57.

ponit: *Maximam autem cautionem in hoc Sacramento adhibendam esse ita colligitur, quod cætera gratiam ad illorum sanctificationem, & usum tribuunt, à quibus percipiuntur; at verò, qui Sacris initiantur ob eam rem Cælestis gratiæ participes fiunt, ut eorum ministerio Ecclesiæ, atque aded omnium hominum saluti consulatur, ex quo factum esse intelligimus, ut stans tantummodò diebus, quibus etiam solemnia ieiunia ex vetustissimo Ecclesiæ more indicuntur Ordinationes fiant, ut scilicet fidelis populus eiusmodi Sacrarum rerum Ministros pijs, & sanctis preceationibus à Deo impetret, qui ad tanti ministerij potestatem, ritè, & cum Ecclesiæ utilitate gerendam aptiores esse videantur.* Et S. Leo relatus cap. *Quod die dist. 75.* breviter insinuaverat, quare cum ieiunio, & oratione Apostoli Paulum, & Barnabam ordinassent, ut intelligamus, inquit, quanta, & dantium, & accipientium devotione curandum sit, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum.

96. Destinatis iam ab Ecclesia his temporibus ad Ordinationes, dispossuit etiam Officia præfatorum dierum cum plenitudine mysteriorum ad Ordinandorum instructionem. Videatur Durand. & alij AA. Rituales in suis locis; breviter tamen dicam, quod in omnibus quartis ferijs ante Sabbata Ordinationum generalium, in quibus iuxta veterem consuetudinem ordinandi probantur, cap. *Quando dist. 24.* leguntur duæ lectiones *ad significandum,* inquit Durand. *ordinandos in viroque testamento debere esse instructos, monendi enim sunt, qui ad Ordinem Sacrum conscendunt, ut habeant notitiam legis, & Prophetarum, quibus possint alios erudire.* lib. 6. cap. 8. In Sabbatis temporum leguntur septem Lectiones, Evangelio connumerato, eo quod septem sunt Ordines. Idem Durand. ibidem cap. 10. Et Pontificale, seu Episcoporum Rituale habet distributam Ordinationem inter vnam, & aliam lectionem.

97. Circa diem, & horam, quibus præcis Ecclesiæ temporibus Ordinationes fiebant, Hall. ubi sup. art. 4. & 5. haud
con-



EXPLIC. BVL.

contemnendis motus fundamentis asserit, quod in Sabbato circa vesperam, & hac hora celebrabatur Missa (siquidem extra Sacrificium numquam Ordinationes fieri consueverunt) non solum Sabbato Sancto, sed etiam in alijs Quatuor Temporum, & precedenti ad Dominicam Passionis: & hinc oritur dubium, an vesper illius Sabbati referendus sit ad Dominicam sequentem, an ad ipsum Sabbatum, hoc est, an dicendum sit, quod Ordinationes fiebant in fine Sabbati, an initio Dominicæ? Pro vtraque parte sunt rationes. Certum quidem est, quod tunc licitum erat, continuato ieiunio, Ordinationem quoque vsq; mane diei Dominicæ protrahere, quia fictione iuris vna dies reputabatur. Cap. *Litteras* de tempor. Ordin. Sed cum Missæ vespertinæ, adhuc in vespere Sabbati Sancti abolitæ sint iam à consuetudine Ecclesiæ, de quo videri potest Ioann. Baptist. Casal. de veter. Christianor. Ritib. cap. 9. relicta solum Matutinali noctis Nativitatis D. N. Iesu Christi, certum non minus est, Ordinationes generales solum debere nunc fieri die Sabbati in mane, sed finita Nona, quæ correspondet horæ tertiæ post meridiem, qua antiquitus incipiebant celebrari; quamvis adhuc in casu necessitatis posset ad praxim reduci, continuatio Ordinationis die Dominica in mane, ieiunio Sabbati ab Ordinate, & Ordinandis continuato. Barbossa cum alijs allegat. 17.

98. Igitur adhuc habetur pro eadem die, taliter quod non licet recipere duos Ordines Sacros, vnum in Sabbato, alium in die Dominica, etiam cum Brevi de extra tempora, & licet hæc indulta non haberent clausulam nunc de novo additam: *Aliquibus interpolatis diebus* idem March. cap. 6. num. 3. & 4. & si contra quis faceret, incurreret suspensionem, sicut, qui duos Ordines eodem die reciperet, etiam si Regularis foret. cap. cit. de temp. Ordin. Barbossa cum alijs de potestat. Episcop. part. 1. alleg. 14. num. 11.

99. Hinc fit, quod licet illicitum non sit die Veneris in vespere ante Sabbatum Quatuor Temporum Ordines minores con-

PART. XIII.

59.

conferre, laudabilius contrarium fore videtur; hoc est, non conferre illos vsque ad mane Sabbati in Missa, simul cum Ordinibus maioribus; Primum, quia sic observatur magis ad litteram Pontificale Romanum, quod est regula secunda rectitudinis. Secundum, quia licet Missa non sit de essentia Ordinum, præcipue minorum, bene tamen de honestate, & vsu. Barbossa alleg. 14. num. 16. Et supra vidimus, in oratione, quæ refertur facta ab Apostolis in Ordinatione, intelligere S. Ioannem Chrysostomum, Sacrificium Missæ; & Officia Missarum, quæ recitantur ab Ecclesia Romana in Sabbatis Quatuor Temporum, plena sunt mysterijs ad hunc finem spectantibus, vt videre est apud Durand. in suis locis, non solum quoad Ordines maiores, sed etiam quoad minores: immo Prophetiæ, quæ adduntur, potius ad minores pertinere videntur.

100. Tertium, quia licet nostris temporibus refrigerit fervor ille primitivus, quo magno Sacerdotum, & populorum concursu collatio Ordinum sollemnis habebatur, & iustis ex causis Missæ vespertinæ abrogatæ fuerint, cum iam in mane dicantur; adhuc tamen anceps est quæstio, an Ordines conferantur in Sabbato, vel in die Dominico; & graviores Auctores ex his, quos ego vidi, seduli veterum Rituum Ecclesiasticorum investigatores, secundæ parti magis adhærent, & quanto minus Ordinatio distet à vespere Sabbati, seu initio Dominicæ, minus etiam differt à ritu antiquo Ecclesiæ, & semper manet idem dubium, an in Sabbato, an in Dominica Ordinationem haberi, dicendum sit, cum isti dies fictione iuris pro vno habeantur, in tantum, quod repetitur in Missa Dominicæ, vel introitus, vel Evangelium Missæ Sabbati; quia in Sacramentarijs antiquis non habebant Officia propria, & vocantur Dominicæ vacantes. Andr. Piscar. lib. 2. prax. cærimon. sect. 13. cap. 3. Durand. vbi sup.

101. At verò, si conferantur die Veneris, licet in sero, non poterit dici, quod conferuntur die Dominica; quia quamvis concedamus, quod vespera illa pertinet ad Sabbatum, non ob-

H

tanti,



EXPLIC. BVL.

60.
tanti, quod non dantur primæ vesperæ Sabbati, sed Officium feriale sit de feria sexta; attamen dici non potest, nec fictione iuris, nec quacumque data consideratione, quod pertineat ad diem Dominicam, & sic sensim in dies magis, ac magis digredimur ab antiquis Ecclesiæ observantijs, aded, vt sit, qui asseveret, licet anticipare, seu conferre Ordines minores fer. 4. Quatuor Temporum. Henriquez apud Barbof. vbi sup. alleg. 12. n. 21. cū tamen antiquitūs solū permitteretur protrahere ad Dominicam Ordinationem, quæ intra Sabbatum finire non poterat, continuato ieiunio; & licet facilius possent anticipare, & ante meridiem, præoccupato tempore Officium incipere, numquam tamen legitur id fecisse, ne deslecterent à consuetudine, & ritu, quod Ordinatio in nocte, vel circa noctem diei Dominicæ celebraretur, ob maxima mysteria, quæ in hoc significabantur Vid. Hall. D. sect. 7. art. 4. num. 1.

102. Supposito, quod sit vera opinio asserens, quod vespertinum tempus, & matutinum Dominicæ, ad quod aliquando protendebatur Ordinatio ob multitudinem Ordinandorum, vel cantus solemnitatē, debeat ad Sabbatum referri, ratio mystica, quare hac die potius, quam alia Ordines conferantur, assignatur à Durando lib. 2. cap. 1. num. 35. *Ideo autem potius in Sabbatis Quatuor Temporum, quam in quartis, vel sextis ferijs fiunt Ordinationes, quia illa dies Spiritui Sancto consecrata est, cuius dona in Ordinibus recipiuntur. Præceptum enim est à priori populo Sabbatum celebrare, ad hoc, vt esset figura sanctificationis Spiritus Sancti, vt in exod. &c. Præterea numquam legimus in Genesi sanctificationem fieri per omnes priores dies, sed de Sabbato solum dictum est, sanctificavit Dominus diem Sabbati; sunt etiam in Sabbato in signum, quod Ordinandi debent habere Sabbatum temporis, vt tandem transeant ad Sabbatum æternitatis. Hoc explicat magis Barbof. vb. sup. de requie, & cessatione à negotijs secularibus, quibus implicari non debent, qui in Ecclesiastica militia militare decreverunt, secundum D. Paulum; quod quidem*


IN PART. XIII.

quidem significatur in Sabbato, de quo Genes. 2. dicitur: *Et requieuit Deus die septimo ab omni opere, quod patrarat.* Eadem rationem tribuit March. vbi sup. cap. 5. num. 11.

103. Ex suppositione autem, quod verior esset secunda opinio, non desunt plura mysteria, ob quæ significanda Ordines die Dominica conferantur. Ea tangit S. Leo Papa Epist. 79. aliàs 81. relatus in cap. *Quod à Patribus.* dist. 75. Et inde Durand. vbi sup. prosequens, & in hanc secundam propendens opinionem, ait: *Ordinatio enim, quæ fit in Sabbato sequentis diei est: figurat enim Sacerdotes ordinatos esse Ministros diversorum Dominicorum Sacramentorum; idèque fit hora nona, quia iam illud tempus ad Dominicum diem, scilicet Resurrectionis intelligitur pertinere* 75. distinct. *Quod à Patribus,* extra, de temporibus Ordin. cap. litteras. *Ordinandi enim ad Christi similitudinem Sabbato resurrexissent intelliguntur; congruè igitur in hac die, scilicet, Dominica celebrantur ministeria Sacerdotalium benedictionum, in qua sunt collata Charismata gratiarum. In ea Dominus resurrexit, in ea Apostolis insufflavit dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; Et in hac promissus Spiritus Sanctus advenit; rectè ergo ad eam benedictiones Sacerdotales dirigimus, vt cum Apostolis hilariter cantare possimus: Veni Sancte Spiritus, &c.*

104. Ulterius, cum in lege gratiæ, dies Dominica solemnitati Sabbati legis Mosaycæ successerit, eadem nunc mysteria in Dominica, ac in Sabbato representantur, licet nõ è cõtra. Hall. sect. 7. art. 3. magis arridet opinio media, ita vt Ordinatio partim attribuatursabbato, & partim diei Dominicæ ob particularia mysteria, quæ in hoc inveniunt, & omitto, quia nimis videtur, in hoc immorari. Hoc supposito.

105. Considerans sanctissimus, quales esse debeant, qui ad suprema Ordinum ministeria sunt provehendi, declarat in hac clausula dignū suo zelo desiderium perfectioris, & ardentioris observantiæ antiquissimæ Ecclesiæ consuetudinis conferendi Ordines



EXPLICAT. BVL.

nes temporibus orationi, & ieiunio consecratis, sperans fore, vt hoc medio Prælati in electione adeo difficili scopum attingant; & Deo, ad quem ministeria, & officia, quæ ad sui cultum, & domus suæ seruitium spectant, distribuere priuatiuè attiner, inspirante, & protegente, dignos solum, & ab ipso Deo vocatos in aula Divinæ seruitutem introducant, & novi Testamenti idoneos Ministros, mysteriorum Dei dispensatores fideles eligant; ad memoriam omnibus revocans secundum doctrinam D. Thomæ relata, quid nos eo tempore oportet agere, mortificationi videlicet, & ieiunio incumbere, quo mens ad Deum per pios, & humiles affectus eleuetur; ferventerque erare ad iritationem Christi Domini, in Apostolorum electione (hoc exemplar allegat D. Thomas loc. cit.) & eorundem Apostolorum, in ordinatione Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum.

106. Episcopus ordinaturus debet orationem præmittere, non solum publicam Litaniarum, & deprecationum, quas Pontificale præscribit, vltra Sacrificium Missæ, intra quod Ordinationem facit, sed etiam privatam, & hanc diuturnam, ante diem Ordinum collationi præscriptum, vt Deus Misericordiarum Dominus, bonorum dator, Ordinumque distributor, atque Officiorum dispositor, qui sempiterna sua providentia omnia præparat, & singulis quibusque temporibus aptanda dispensat: quem nobis ignota non transeunt, occulta non fallunt, qui cognitor secretorum, & scrutator est cordium, sibi, & alijs Episcopis toto Christianitatis Orbe dispersis optimos coadiutores, & strenuos operarios concedere dignetur, impediendo, ne ab ipso repulsus, seu non vocatus, ab hominibus admittatur, vel humano favore, aut nimis precibus fraudulentè, vel simoniacè intrudatur. Ecclesiastici iam Ordinibus insigniti id ipsum Dominum messis in orationibus, & Sacrificijs rogare debemus. Ordinandi similiter exercitijs spiritualibus à SS. D. N. D. Innocentio XI. Sanct. & venerab. mem. decretis toto fervore, & conatu, & maxima rerum temporali-
lium.

PART. XIII.

63.

lium abstractione à conversatione creaturarum semoti vacare debent, vt Dominus noster eos dirigat in electione status (ex qua fortè pendet Æternitas) vel in ascensu ad superiorem gradum, ne sit ad graviolem ruinam suæ animæ, sed ad maiorem Dei honorem, & Ecclesiæ utilitatem. Sæculares quoque à suis Parochis, confessarijs, & concionatoribus instructi cum hac intentione ieiunare, & orare debent, siquidem commodum, aut incommodum, ex Ministrorum electione, & ordinatione proveniens, commune est, & in omnes fideles redundans, pro vt dictum est.

107. Ad hoc adstruendum sufficiat in medium profferre Decretum S. Caroli Borromæi, qui vltra exercitia spiritualia, quæ Ordinandis præscribit, in Mediol. Conc. Prov. 4 p. 2. tit. de his, quæ pertinent ad Sac. Ordin. hæc decernit: *Quo Dominico promulgationis* (loquitur de promulgatione Edicti generalis, & Epistolæ Pastoralis Ordinum) *die ob Sacram Ordinationem proximè futuram in singulis Ecclesijs Parochialibus, vt aliàs decretum est, Processio de more agatur Litanijs, supplicationibus publicis, quibus unusquisque mente repuians, quam pauci operarij in messe multa sint, hoc Deum toto corde exoret, vt, qui Dominus est messis, ipse mittat operarios in messem suam, & lumen Episcopo præbeat in deligendis, quos Ordinibus adscribat; quos verò Episcopus delegerit ope Divina illi adiuti in Sæcitate, & iustitia ei serviât, eiusdem gloriam omnibus in rebus sibi proponentes. Quod vt eo nomine Deum populus supplex sæpius oret, id illum singulis diebus Dominicis per mensem ante sacre Ordinationis tempus crebra exhortatione Parochi inter Missarum solemnias præmoneant, ac Dominico die illam proximè præcedenti Pastorales etiam illas Episcopi litteras de scripto accuratè iterum recitent; tum præterea admonitione populum ad illud excitent, vt non modo supplicationes ob eam causam altero Concilio Provinc. (2. Mediolan. tit. 1. Decret. 21.) decretaspiè, & religiosè tunc obeat, sed illis ipsis, qui sequuntur sacra*
cra.



EXPLIC. BVL.

64
cre Ordinationis diebus, frequens in oratione pure, sancteque versetur, ut Dei Sanctorumque ope pijs fidelium preceationibus impetrata, & Episcopus Ordines ipsos conferat, quos utiles operarios Ecclesia Dei postulat; & qui Ordines suscipiunt indies progressus maiores habeant in vita, morumque sanctitate, religione, doctrina, ac prudentia.

108. Aquense Concil. vestigijs 2. Mediolan. citati inhærendo, disponit: Iubeat Episcopus, ut Dominico illo die, qui quatuor stata ieiunij tempora quibus Ordinis sacramentum ministratur, proximè antecedit, Parochi, non solum solemnè illud ieiunium huius rei causa institutum denuncient, verumetiam in sua unusquisque eorum Parochiali Ecclesia supplicationes, Litaniisque piè, ac religiosè, vel intus habeat; vel prosequente fidelium multitudine, foris Ecclesiam, sicut moris est, obeat, ut Dei, Sanctorumque ope implorato, tum Episcopus in eorum delectu, quibus Ordines conferet, Spiritu Sancto illuminetur, tum illi, quibus conferuntur, in vita, sanctitate, religiosisque virtutibus proficiant.

109. Habemus ex his, quod ordinationis tempus totum ieiunio, & orationi est consecratum. Et inde etiam dignosci poterit, quanti ponderis, & momenti sit res, quæ adeo vigilem curam exigit, solemne ieiunium, & orationem omnium fidelium, media vnica, quibus SS. iudicat, prudentè geri posse, vitando damna, quæ in Ministrorum Altissimi delectu experimur.

110. Sed cum ex dispensatione Sedis Apostolicæ Ordines Sacri conferri possint extra sex tempora designata, quam ob rem Indulta de *Extra Tempora* vocantur Brevia, que similes continent dispensationes, in quibus conceduntur & interstitiorum, sapientè prævidit N. Beatissimus Pater, quod ad consequendos supra memoratos fines & infra exprimendos, oportebat huiusmodi Indultis modum ad minus ponere, licet omnino negari non possint, & idè addit.

PAR.

PART. XIV.

65.

PRAT. XIV.

SEVERIOREM QUAM DAM IN CONCEDENDIS
Indultis suscipiendi Sacros Ordines extra tempora huiusmodi,
& interstitijs ad id designatis minimè servatis vltro
nobis proposuimus adhibendam

rationem.

III. Hæc clausula relationem dicit ad Decreta expedita, & confirmata à Santissimo D. N. die 14. Decembris anni præteriti 1693. quæ sunt tenoris sequentis.

DECRETA
CONGREGATIONIS A

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

SPECIALITER

DEPUTATÆ.

SUPER MODERATIONE INDULTORVM

Suscipiendi Ordines Extra Tempora à Iure Statuta.



Sanctissimus Dominus Noster INNOCENTIUS Papa Duodecimus pro Pastoralis suo in commissum sibi Gregem Dominicum zelo, ac tuendæ Disciplinæ Ecclesiasticæ studio prospicere volens, ne Indulta suscipiendi extra Tempora à Iure statuta Ordines nimis facile concedantur, Congregationi particulari EE. DD. Cardinalium Carpinei, Casanatis,



EXPLIC. BVL.

is, Marefcotti, Colloredi, Panciatici, & Albani, necnon Illustrissimorum DD. Sperelli, Ciampini, Sacripantis, meiq; Secretarij infra scripti specialiter deputatæ expendendas commisit Causas, ex quibus præfata Indulta tribui solent, vt Sanctitati suæ referri posset, quæ ratio deinceps ineunda, modusque adhibendus videretur in concessione similiarum Indultorum.

Quæ quidem Congregatio in ædibus præfati Eminentissimi Carpinci die 10. Novembris, atque iterum 7. Decembris Anni currentis habita re maturè discussa, censuit Indulta huiusmodi, si Sanctissimo placuerit, concedi posse ex causis infra scriptis, videlicet.

Vt quis Beneficio, vi cuius arctatur ad Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Capellanæ ad vitam sibi concessæ per se ipsum inservire possit. Ob penuriam Sacerdotum in illis partibus, vel in Monasterio pro Regularibus. Ob solatium Patris, vel Matris, dummodo quinquaginta ætatis annos excedant, & Orator saltè per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerit. Item concedi posse censuit eadem Indulta Referendarijs vtriusque Signaturæ, Familiaribus Summi Pontificis, Canonicis Cathedralis, vel etiam Collegiatæ Ecclesiæ, eorumque Coadiutoribus, Magistris, seu etiam Baccalaureis in Sacra Theologia; Doctoribus vtriusque, vel saltè Canonici Iuris, seu Licenciatis, dummodo singulos præfatos Gradus in publica, & approbata Vniversitate obtinuerint; ijs etiam, qui saltè per triennium sedulam Theologiæ studijs operam navaverint, ac tandem vigessimum sextum ætatis annum excedentibus, si per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerint.

E contra censuit non expedire, vt eadem Indulta concedantur ex eo, quod quis Diaconus, Subdiaconus, Litterarum Apostolicarum Scriptor sit, seu Magister in Artibus, Nobilis, aut Præfens in Curia, vel quod Philosophiæ cursum absolverit, aut alicui Ecclesiæ adscriptus fuerit, ad cuius servitij titulum ex Apostolico Indulto Clerici ordinari possunt, aut onus Mis-

farum,

IN PART. XIV.

267.

farum, non tamen ex Beneficio Ecclesiastico proveniens, habere se doceat.

Insuper censuit Indulta huiusmodi deneganda esse ijs, qui aliqua Dispensatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis; & Sede Episcopali vacante infra annum à die vacationis minimè danda ijs, qui Beneficij Ecclesiastici recepti, seu recipiendi occasione arctati non fuerint.

Item numquam concedenda pro Festivis diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio arbitrio Episcopi definiendo.

Deniquè censuit Episcopos omnes, ac etià Apostolicos Nuncios, & Legatos Litteris in forma Brevis circularibus admonendos, decrevisse Sanctitatem suam Indulta prædicta non ita passim, sed ex certis tantum, legitimisque causis concedere, nec Episcopos ad eorum executionem astringere, sed illam semper ipsorum arbitrio, onerata eorum conscientia, relinquere. Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quæpiam ad Patriarchionij titulum, nisi ad normam Concilij Tridentini Sess. 21. cap. 2. Eos verò omnes, qui ab Apostolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra Tempora, vel alijs respectivè tribuendi licentiam, vt conferant, maxime cavere debere, ne præscriptos sibi in iisdem facultatibus limites cuiusvis consuetudinis, aut exempli prætextu transgrediantur.

Hæc autem omnia, & singula supra scripta Decreta, audita ex me integra eorum relatione, Sanctissimus Dominus Noster laudavit, & approbavit, quæ tam in Dataria, & Secretaria Brevium, quàm à cæteris omnibus Ministris, & Officialibus Curie, ad quos pertinent, perpetuò, & inviolabiliter servari mandavit, sublata omnibus quacumque facultate prædicta Indulta saltem quàm ad formam eorundem Decretorum in posterum expedienda.

I

di.



EXPLIC. BVL.

di. Hac die decima quarta Decembris ann. Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio.

Carolus Augustinus Fabronus, Secret.

PART. XV.

QUA VIDELICET SERVATA, ANTE MERITUM laboris, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinae Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur.

112. *Ante meritum laboris* &c. Verba sunt D. Leonis Pap. Epist. 85. ad Episcop. Afric. relata cap. *Miramur*. dist. 61. Inter alia, quæ ibi dicit S. Pontifex, recolat præceptum Apostoli ad omnes Episcopos in Persona Timothei: *Manus cito non imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae Sacerdotalem honorem tribuere non probatis?* Hæc damna, oriri solent ex præmatura, & præpropera Ordinatione, non observatis Canonicis interstitijs, nec perspectis, & probatis prius moribus, & vita Ordinandorum, nec expectato tempore, vel vt tempus ipsum, experientia magistra, operationes, & inclinationes candidatorum aperiat, vel vt ipsi Ordinandi de virtute in virtutem euntes, & in doctrina proficientes, mereantur ad superiorem gradum ascendere; vel vt in disciplina Ecclesiastica debitè instruantur &c. Sed attentis forma, modo, & conditionibus quibus SS. decrevit, ea indulta deinceps cõcedere. *damna*

PART. XV.

69.

damna non sequentur, & ideo ait: *Qua videlicet servata, &c.*

113. *Sacerdotalis honor*. Quam maximus honor sit hæc altissima Sacerdotij dignitas, exprimere nescio, & nihil mirum, cum S. Ioannes Chrysostomus, postquam confiderasset potestatem peccata remittendi, quam Sacerdotibus suis Clementissimus Deus confert: *Sacerdoti Thronus in Cælis collocatus est, & de Cælestibus negotijs pronuntiandi habet facultatem*: quod quidem non est maximum in ipso repertum, inquit exclamando: *Quid cum hoc honore conferri possit?* nullam similitudinem, qua se explicaret, in creatis invenit, siquidem eam non expressit, sed solummodò maiorem adinveniendi difficultatem addidit in elogijs, quibus profequitur: *A terra indicandi principalem auctoritatem sumit Cælum; nam iudex sedet in terra. Dominus sequitur servum, & quidquid hic in inferioribus iudicavit, hæc ille in supernis comprobavit.* Homil. 5. de verb. Isaïæ. Eamdè difficultatem fassus est S. Carol. Borromæus in Conc. 1. habita ad Cler. in Syn. Dioces. XI. *Qui sunt, qui huc conveniunt? Oh hic deficit sermo: quis enim mente concipere valeat, ne dicam verbis exprimere, quanta sit horum dignitas, & excellentia?*

114. Non desinam tamen cum eodem S. Archiep. ibidem dicere: *Hi (Sacerdotes) sunt condimentum populorum, patres plebis, Duces, & Magistri animarum, spirituales Medici, in militia Christi Domini Imperatores, Soles, Sales tantarum gentium; licet enim Christus sit iustitiæ Sol, his tamen quoque proprio ore dixit: Vos estis lux mundi: Hi sunt nubes prægnantes, & onustæ imbribus gratiæ Dei, qui eam populis deferunt universis: hi sunt Sancti, Deo consecrati, hi sunt pupilla ipsa oculorum Dei: hi sunt Christi Domini: hi denique Dei sunt.* In Act. Ecc. Mediolan. pag. 1230. in fine. Item *Sacerdotes Dei interpretes, & internuntij quidam sunt, qui eius nomine Divinam legem, & vitæ præcepta homines edocent, & ipsius Dei personam in terris gerunt; non*



EXPLIC. BVL.

Angeli solum, sed & Diætiæ appellantur, quod Dei immortalis vim, & numen apud nos teneant. Potestas Corpus, & Sanguinem Domini nostri conficiendi, tum peccata remittendi, quæ illis collata est humanam rationem, atque intelligentiam superant, ne illis aliquid par, & simile in terris uniuersis inueniri queat. Part. 4. instruct. de Sacrament. Ord. pag. 454. ex Chathech Rom. part. 2. cap. 2. quæst. 2. Et cum D. Isidoro Pelus. Divina quædam res est Sacerdotium, ac rerum omnium præstantissima. Lib. 2. Epist. 52. Et Epist. 71. Omnium, quæ inter homines expetuntur, velut extrema meta. S. Dionysius Areopag. Qui Sacerdotem dicit, augustiorem, prorsusque Divinum insinuat virum. De Eccl. Hierarch. cap. 1. S. Ambrosius de dignit. Sacerdot. cap. 3. veluti rem Divinam per negationem explicat: Nihil est in hoc sæculo excellentius Sacerdotio. S. Prosp. de vita contemplat. Ipsi sunt Ecclesiæ decus, in quibus amplius fulget Ecclesia. Ipsi Columna firmissima, quibus in Christo fundatis innititur multitudo fidelium. Ipsi ianua Civitatis Æternæ, per quas omnes, qui credunt in Christum, ingrediuntur ad Christum; ipsi ianitores, quibus claves datæ sunt. Regni Cælorum; ipsi etiam dispensatores Regiæ domus, quorum arbitrio in Aula Regis Æterni dividuntur gradus & officia singulorum. S. quoque Paulinus Epist. 6. ad Sulpit. Sever. sui Sacerdotij Maiestate consternatus ait: Novum, insperatumque placitum Divina Maiestatis expavi, data igitur cervice in iugum Christi, video maiora me meritis, & sensibus opera tractare; iamque arcanis, & penetrabilibus Dei Summi receptum, & inferum, communicare Cælestia, & Deo propius admotum in Spiritu ipso Christi, corpore, & splendore versari.

115. Igitur cum tanta res sit Sacerdotium, quanta quoque miseratione, & luctu dignum erit, si tam grandis honor, & adeo sublimis dignitas non probatis tribuatur? Nam si, ut aiebat Theodoricus Rex apud Cassiodor. Admittendos in Senatū examinare cogit sollicitus honor Senatus. Uel ut S. Pontifex

Leo

PART. XV.

71.

Leo in præcit. Epist. 85. alias 87. Si ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est pervenire, & notari ambitus solent, quos prohibitis documenta non adiuvant; quæ diligens, & quæ prudens habenda est dispensatio Divinorum munerum, & Cælestium Dignitatum? Ideo S. Ambrosius in 1. ad Thimoth. 3. Magna cura eligendus est, qui domum Dei regendam accipiat, si enim terrestrium rerum dispensatores idonei querendi sunt, quanto magis Cælestium? Ac si diceret; si Principes terræ (immò, & Ecclesiæ) Magnates, aut Potentes viri non credunt claves ærariorum suorum, nec administrationem facultatum, & reddituum suorum, vel ministeria, aut officia domus suæ mandant hominibus incognitis, & diuturno tempore non expertis, quomodo dispensatio mysteriorum Dei, ministeria Christi, & claves Regni Cælorum traduntur personis non probatis, & de quorum vita, moribus, fidelitate, & dexteritate longum examen non præcesserit?

116. S. Ioannes Chysofomus alia vitur domestica comparatione ad hoc ipsum declarandum, & ait: Per quam enim ineptum est, & absurdum, si cum servum emptitium in domum introducimus, non prius illi aliquid domesticæ suppellectilis tradimus, quam longo experimento sententiæ suæ, atque voluntatis plurima indicia dederit; in Ecclesia Dei non eadem utamur diligentia, cæterum novitium adhuc in primò statim constituamus Ordine, ante quam fidei suæ, atque vitæ dederit documenta.

117. Sed proh dolor! ait S. Hieronymus: Multi edificiant parietes, & columnas Ecclesiæ substruunt, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, & Ministrorum Dei nulla est electio. Hoc est: nulla est discretio. nulla adhibetur cura in eligendis Ministris Altaris; cum tamen debet esse talis, qualis demonstratur à B. rgidalens. Conc. celebrato anno 1624. tit. de Ordin. cap. 6. Quanta sit in eligendis Ecclesiæ Dei Sacerdotibus, & Ministris adhibenda cura, & sollicitudo, tum ex optima gubernandæ domus

ra.



EXPLIC. BVL.

ratione dignoscitur, cuius si fundamentum nutet, totum edificium ruat necesse est, tum ex Apostoli verbis eas virtutes Clero attribuentis, quæ ad Angelicam planè accedunt puritatem, facile comprobatur; & quidem, si non Angelicis humeris formidandum planè discutiatur, Sacerdotem Dei ex millibus feligendum esse comperiemus.

118. Sed quia ordinandi, vel eorum fautores, & sanguinei hanc exactam probationem præviam ægrè ferunt, audiant, quæ ipsis improbat Hall. Pudeat nos nostrorum morum, quod tam vile Sacerdotium habeamus, ut cum mundana officia imperitis, & minus explorata vitæ credi graviter, & iniquo animo feramus (est valdè frequens hoc murmur) indignos è contrà à Sacerdotio rejici conqueramur, & exactam Ministrorum Ecclesiæ probationem, odio, ac fastidio habere videamur.

119. Et ut Parochi, & Vicarij foranei, quibus scrutinia pro ordinandis committuntur, gravitatem huius materiæ, quæ à pluribus nō magni fieri videtur, cōcipiant, audiāt quoq̄, quod ipse Author addit de suo ovo: Quidni ergo queramur, & nō sine lachrymarum profusione, & viscerum commotione desleamus maximum salutis populi, rerumque Sacrarum neglectum, cum eius, cui animarum cura committenda est, qui legatus ad Deum pro populo, mediator, atque intercessor, mittendus est, qui Divini verbi præco, Sacramentorum dispensator, Christi consecrator, plebis sanctificator, Ecclesiæ sponsus, fidelium parens, ac rector constituendus est, antea vitæ minime expenditur, non fidei integritas, non morum probitas veniatur, non de institutione, educatione, doctrina, vitæ, ætate, natalibus, corporis, animique dotibus quæstio diligens instituitur; aded, ut iterum retexam, despicitur ministerium, cui nullus par est, ut vix ullus impar ei credatur. Aded ne teruntij quidem habetur populi salus, quæ tam ineptis, & ignavis ducibus procuranda committitur, contemnitur Ecclesia, quæ Sacerdotum, & Clericorum probro, vel infamia conspur-

PART. XV.

73.

atur; vilescit Christus, cui tam vilia, & ignavia mancipia consecrantur, ad quem tam deiceti, tam ignobiles Legati mittuntur. Quis putat non offensum iri tantum Regem, ad quem non ignobiles modo, sed invisi Oratores destinantur? cur ij ad orandum ordinantur, quos novimus idoneos non esse ad exorandum? si homo (inquit Gregorius Magnus lib. Past. p. I. cap. II.) apud hominem, de quo minime præsumit, fieri intercessor erubescit, quæ mente apud Deum intercessionis locum pro populo accipit, qui familiarem se eius gratiæ per vitæ merita nescit; aut ab eo quomodo alijs veniam postulat, qui, utrum sibi sit placatus, ignorat? quæ in re adhuc aliud sollicitius formidandum, nequi placare iram posse creditur, hanc ipsi ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquidò novimus, quod cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Quam vera ergò B. Cypriani conclusio, propterea plena diligentia, exploratione sincera oportet deligi, quos à Deo constet audiri: Epist. 68. ad Presbyt. & Diacon. Legion. & Astur. apud Hall. de probation. Ordinand. pag. mihi. 23.

120. Non probatis. Ob summam huius puncti convenientiam oportet pauloplus immorari in explicatione huius vocis Probatis. Alludit ad id, quod Apostolus ait, Timotheum, & omnes Episcopos erudiens, de qualitatibus eorum, qui ad Diaconatum admittendi erant: Et hi probentur primū. Hugo Cardin. in hæc verba addit: Nota, quod hic incipit probatio Ordinandorum. Propter hoc etiam solet dici, quod domus Episcoporum erat probatoria Clericorum. Subtilitas Authoris Glossæ interlinealis advertit quoque: Non ait simpliciter, hi sed, & hi: in hoc instruit, & Episcopos esse probandos. Et cum nomine Episcoporum Presbyteri comprehendantur, idem est ac dicere, quod Apostolus iubet omnes probari, & examinari, ante quam ad Ordines promoveantur.

121. Duplex autem est Ordinandorum probationis modus; vnus sit media experientia, & disciplina Ecclesiastica in exercitio Ordinum, & graduum inferiorum, quos suscipiunt, qui



EXPLIC. BVL.

qui ad Sacerdotium aspirant, servatis interstitijs inter vnam, & aliam Ordinis receptionem á iure ad hunc finem dispositis, & de hac probatione loquuntur late textus dist. 59. 60. 61. Et generalitèr omnes Canones, qui prohibent, *ne laicus citò fiat Sacerdos.*

122. Alius est per testimonia fide digna, quod insinuat Apostolus dicens: *Oportet autem (Episcopum, & Presbyterum) & testimonium bonum habere ab his, qui foris sunt;* nam si testimonium bonum requiritur: ergò & examen testimonij, & probatio circa Ordinandorum vitam, mores, famam &c. De eodem testimonio requisito meminit S. Lucas Act. 6. loquens de electione septem primorù Diaconorum, quã proponentes Apostoli ad reliquos Discipulos, qui congregati erant, dixerunt: *Considerate ergò fratres viros boni testimonij septem plenos Spiritu Sancto, & sapientia, quos constituamus.* Sc. Lorinus cum vers. Syriac. legit: *Dispicite, sive exquirite viros boni testimonij.* Vatab. bono testimonio probatos Tig. *specatae probitatis.* Corn. á Lap. quibus, scilicet, *populus prabeat testimonium prudentiæ, fidei, & probatæ vitæ, puta, qui sunt bonæ famæ.*

123. Unde infertur, quod ab Apostolorum tempore initium trahit consuetudo Ecclesiastica probandi, examinandi, & scrutandi sufficientiam, famam, & mores Ordinandorum. Et ita Corn. á Lapid. in d. loc. 1. ad Timoth. 3. addit: *Narrat Lampridius in vita Alexandri Severi, solere Christianos proponere publicè nomina eorum, qui ordinandi erant Sacerdotes, populumque rogare, ut si quid criminis de quopiam nosset, ediceret, sic & ordinandorum nomina proponi, in eorumque vitam inquiri iubet Concil. Trident. sess. 23. cap. 25. Et Hall. de probatione Ordinandorum S. 3. Necessarium igitur est ad Clericum ordinandum, ut bonum habeat testimonium ab omnibus, idque vel ab Ecclesiæ incunabulis sedulo semper observatum fuit. Plura antiquitatis monumenta invenies apud hunc eruditissimum Auctorem ad hoc ipsum comprobandum.*

124.S.

PART. XV.

75.

124. S. Tridentinum Concilium d. sess. 23. cap. 25. præscribit modum, qui hodiè observari debeat, per hæc verba: *Ad minores Ordines promovendi bonum á Parocho, & Magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant; hi verò, qui ad singulos maiores erunt assumendi, per mensem ante Ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, ut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volunt promoveri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum Ordinandorum natalibus, etate, moribus, & vita à fide dignis diligentèr inquirat, & literas testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat.*

125. Ex his verbis constat, quod Tridentinum, Apostolicum morem prosequens vult, populo, in quo Ordinandus residet, desiderium illius denuntiari, ut testimonium de eius natalibus, vita, moribus, fama &c. præbeat, quod fit edictum particulare publicando, & nullo resultante impedimento, videtur, quod ipsum approbat; & bonum idoneitatis testimonium, quasi negativum, præbet. Postea in ipsa Ordinatione, quæ publica esse debet iuxta cap. 7. eiusd. Trident. iterum Prelatus denuntiat Clero, & populo Ordinandos Diaconos, & Presbyteros, & testimonium ab ipsis requirit, dicens: *Si quis habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat; verumtamen memor sit conditionis suæ.* Sed quia, ut inquit D. Chrysostomus lib. 2. de Sacerdot. cap. 4. *Sepè usu venit, ut opinio vulgi falsa sit.* Proindeque notat idem Chrysof. eam fidem, quæ a vulgi opinione facta sit, non esse præcipuum, aut vnicum signum, quo ordinandi approbari debeant, consultò Sancta Mater Ecclesia quorundam occulara testimonia exposcit, & vulgi famam per quosdam peculiare testes examinari præcipit.

126. Idèò igitur ultra id, quod palàm, & generalitèr fit, vult, ut ad minores Ordines promovendi bonum á Parocho, & Magistro scholæ testimonium habeant, iuxta antiquum morem,

K

rem,



EXPLIC. BVL.

rem, qui diu in Ecclesia vigit, scilicet, quod Clerici Iuvenes viuentes in communi Seminario aliquo educarentur sub disciplina Presbyteri, quem magistrum doctrinae, & testem vitae haberent. Cap. *Omnia aetas* 12. q. 1 ex Tol. 4. cap. 24. Mog. cap. 9. & alibi.

127. Pro assumendis ad maiores Ordines, decernit idem Concilium Trident. diligentem informationem, & inquisitionem à fide dignis testibus acceptam fieri, quam & scrutinium vacamus, & in hoc possunt Parochi esse inquisitores; verum tamen Prælati licitum est, informationem alijs comittere, quibus expedire magis videatur, vt quando Parochi sunt valde amicitia, aut propinquitate coniuncti cum Ordinandis, vel in aliquo ab ipsis, aut eorum cognatis dependentes, vel inter ipsos odia aliqua, seu lites intercesserunt &c. Siquidem tunc præsumi prudenter potest, amoris, aut odij affectiones, quæ ad o hominibus dominantur, intellectum eorum præpedire, ne liberè, & sincerè veritatem agnoscant, sicque testimonium falsum sit, licet illud præbens fortasse tale esse non animadvertat, experimento enim discimus, quam valde verum sit axioma illud Philosophi: *Vnusquisque iudicat prout affectus est.*

128. In aliquibus Diocesisibus, nec dum ex hac ratione, verum & præscindendo ab ea stylus est committendi informationem Vicarijs foraneis, vbi tales reperiuntur, velut Ministris superintendentibus, qui supponuntur habere non minorem vigilantiam, & zelum, quam Parochi, & maiorem curiam in examinandis testibus, & informationibus condendis: nec in hoc est vllum inconueniens, nam, vt dicit Hall. *Non est Parochi diffidere, sed dignitatem superioris honorare.* Oportet tamen, quod Vicarij consulant Parochos, vt ita scrutinia melius fiant ob rationem, quam tradit Hallier. *Sed & Parochis solet esse notior natalium Ordinandorum conditio: aetas quoque: educatio, institutio ordinandi eidem magis patere debent, cuius ipse curam suscipere debuit; ob quam rationem nihil mirum,*

si

PART. DI. XV.

77.

si Ordinandi mores ipsi notiores sint: Alius quoque à Paracho resium fidem non tam certo exploratam habere potest, quam ipse Parochus, cui Parochiani magis noti esse præsumuntur, quam cuiusvis alteri.

129. Ideo S. Tridentinum Concilium Parochos designavit, sed optionem committendi alteri inquisitionem, vt supra, relinquens; quia cum ipsi unus discutiendi ordinandos, eosque vel admittendi, vel reijciendi impositum sit, cum soli ipsi dictum sit ab Apostolo: *manuscitò &c. consentaneum est, vt ipse inquisitorem deligat &c.* Hall. de Uar. test. Ord. §. 7. pag. 70.

130. Persona, cui hæc inquisitio committatur, debet in ea procedere summa cura, & diligentia, prout requirit grauitas huius materiae. De modò, quo antiquitus fiebat, testatur S. Basilius tom. 2. Epist. ad Chorepiscop. apud Balsam. licet de negligentia sui temporis maxime dolens: *Valde malè me habet, quod Patrum de cetero defecerunt Canones, & omnis accurata disciplina ex Ecclesijs eiecta est; & timeo, ne incuria, & desipientia hac via procedente in omne confusionis genus res Ecclesiastica redeant; eos, qui olim Ecclesie ministrabant, consuetudo, quæ ex Ecclesijs versabatur, diligentissimè, & accuratissimè approbatos admittebat, & omnis eorum vita agenda ratio curiosè inquirebatur, an non essent maledici, ebriosi, prompti ad pugnas &c. Nunc autem: re ipsa per summam socordiam tractata Presbyteris, & Diaconis permisistis, quos voluerint, vita eorum non examinata, ex afflictione vel cognationis, vel alicuius alijs amicitie indignos in Ecclesiam introducere; & ideò multi quidem numerantur Ministri in vnoquoque pago, sed nemo est dignus ministerio Alaris.*

131. S. Trident. Concil. huic malo, si fortè alicubi erat, occurrit per illa verba: *De ipsorum Ordinandorum natalibus, aetate, moribus, & visa à fide dignis diligentèr inquirat.* Vnde colligitur, qui testes admittendi, & quanta cum diligentia scrutinium faciendum, Quod & alia Concilia Provincialia, & Diocesana posteriora vestigijs Tridentini inhærendo

K 2 cla



clarioribus exprefferunt verbis, loca quoque vbi informatio capienda, declarando.

132. Mediolanense Prov. 4. à S. Carolo, cui Dominus speciale lumen pro disciplina Ecclesiastica statuenda indidit celebratum, p. 2. tit. de his, quæ pertinent ad Ord. Sacram. hæc decernit: *Hæc verò ipsa* (hoc est requisita, aut impedimenta ad Ordines, quæ edictum pro ordinandis continebat) *litteris exarata à Parocho, ab eo ve, cui Episcopus id negotij dederit, publicè de illis proponentur die festo inter Missarum solemniam in Ecclesia Cathedrali, & propria Parochiali, & in illa quoque in cuius finibus postremo domicilium habuerit, & præterea Episcopus censuerit. Ac quod ad censum attinet, in ea omnium Parochiali Ecclesia, intra cuius limites maior pars erit census, sive Ecclesiastici, sive alterius generis, posita est, ut denunciari queat, si quis vel confectio sufficientis census, vel alia fraus subest, vel aliud, quam obrem illud beneficium, aliunde censum non pacificè possideat, vel si quæ census illius pars erit alieno, vel alio quovis modo obstricta teneatur, unde is deinde initiatus sacris satis non habeat unde vivat, cogaturque præterea turpiter vitam quæsiare. Hæc adhibita ratione inquirat diligenter is, cui id muneris, Episcopus dedit, de eorum, qui prima tonsuræ, vel sacris maioribus ordinibus initiandi sunt, natalibus, ætate, vita, & moribus, ac cæteris, quæ oportet à viris spectata probitate. Nec verò ijs testimonialibus solum, qui Ordinibus initiandi nomine fiunt, vel afferentur, contentus omnino sit, sed aliunde etiam pro officij sui munere ea omnia de illis studiosè indaget, ut sibi hoc de genere toto veritas omni ratione constet. Quinimò, quo ad mores illorū inquirendos, attinet iustificatio ab ijs nulla conquiratur, quos suæ vitæ testes ipsi attulerint, nominaverint, vè, si id testimonij genus ab aliis spectata integritate viris rectè haberi queat, alià præterea omnis diligens cautio, ac ratio in hac ipsa tum in idagatione, tum iustificatione ab eo, quem huic muneri Episcopus constituerit, adhibeatur. Litteræ verò, quibus tota hæc inquisitio continetur, ad Episcopum rectè obsignatæ ab eo mittantur, cui id ille curæ mandavit.*

133. Aquense à D. Alex. Canigian. habitum eod. tit. de scrutinio loquendo hæc ait: *Episcopus verò id ipsorum Parocho negotium dabit, ut publicè propositis promovendorum nominibus, alijsque præmissis à fide dignis, gravioribusque pagis illius viris iuramento adstrictis diligenter inquirat, & de his omnibus litteris accuratè obsignatis ad Episcopum rescribat.*

134. Burgidalense anno. 1582. celebratum, postquam providit de requisitis pro initiandis prima tonsura, Ordinibus minoribus, & Subdiaconatu, & de cura, & vigilantia, qua perlustranda sunt omnia instrumenta, quæ pertinent ad verificationem congruæ, seu tituli legitimi necessarij pro ordinandis in sacris. in quo negotio quamplurimæ fiunt, teste experientia, fraudes, ita profequitur: *Edicto publico denuntiationes in ipsis Missarum solemnibus Ecclesie Parochialis, ex qua exorti fuerint, vel in qua diutiùs conversati morum qualitates patrefecerint, fieri præcipimus, quibus denuntiationibus palàm fiat omnibus eiusdem Parochialis loci, quinam ex eadem Parochia ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem brevi sunt promovendi, ac proinde quibuscumque præcipiatur sub excommunicationis pœna, ut de promovendorum legitimis Parentibus, ætate, vita, religione, pietate, conversatione, continentia, sobrietate, abstinentia, perseverantia, propensione, ad vitam Ecclesiasticam, cæterisque virtutibus, valore denique tituli sufficientis ad vitam: ad summam 120. librarum argenti ad minus ascendentes, aut è contrà gloriam Dei dantes veritatem proferant, & revelent, edicimus; de quibus omnibus Parochus inquirat, testeque ipsemet sibi eligat audiendos, pulsus eis, & reprobatis, qui à promovendo producti veritatem minus referent.*

135. Synodus Hispalensis à D. Card. Archiepisc. D. Ferdinando Niño de Guevara anno 1604. celebrata tit. de ætate, & qualitat. Ordinand. fol. 24. §. Has informationes, ibi: à los quales (Comissarios) encargamos la conciencia, que las hagan



hagan con mucha diligencia, y cuyado, y pospuesto todo odio, amor, y temor, nos informen de todo lo que huvieren averiguado, y las diligencias, que huvieren hecho juntamente con su parecer cerradas, y selladas las embiarán con personas de recaudo: Y porque se aseguren los dichos Comissarios, y los testigos digan con toda libertad lo que supieren, estando ciertos, que no se sabrá lo que dixeren, y que las informaciones se guardarán con el recato, que conviene, ordenamos se haga assi.

136. Malacitana á D. D. Fr. Alphonso á S. Thoma habita anno 1671. lib. 2. tit. 8. §. I. num. 10. & 11. postquam de supra citato Decreto Tridentini mentionem facit, hæc statuit: Y por que tenemos noticia, que los testigos para los Ordenes los presentã á las partes, y llega à tanto el exceso de complacer à los que se quieren ordenar, como à que los Notarios, y ministros, que hazen las tales informaciones, les suelen dar à las partes los dichos de los testigos, para que los lleven à firmar, los examinan ante ellos, ò les leen lo que han testificado, de que se sigue introducirse en la mejor parte del Señor hombres indignos, assi por infeccion de sangre, como por vajeza de officio. Por tanto mandamos, que los testigos no sean presentados por la parte, sino buscados, por los Vicarios, ò Curas, que huvieren de hazer las informaciones, y les encargamos sean de toda acepcion los testigos, y que las pruebas se nos remitan, no por mano del que pretende, sino por camino secreto, y seguro pena de &c.

137. Edictum, quod pro indictione generalis Ordinationis promulgatur in hoc Archiepiscopatu hæc ait ad Vicarios, & Parochos: a quienes encargamos la conciencia, porque estamos informados, que estas diligencias se hazen con notable omission, y como por ceremonia, ò apariencia sin atencion al fin tan santo, à que se dirigen, y que si à caso se admite algun Ministro indigno en la Iglesia, es por su negligencia, y descuydo, de que darán à Dios rigorosissima cuenta: por lo qual les exhortamos, y mandamos, que por si mismos, y por declaracion de las personas mas timoratas, y de conciencia, que huvieren en sus Parochias, se aseguren de las calidades

dades, vida, y costumbres de los Ordenantes, para que puedan informarnos de la verdad en materia tan importante, y las escrutinios no los entregarán à las partes, sino que ellos mismos los remitirã à nuestra Secretaria vn mes antes, para que los testigos digan con libertad &c. Hæc ferè omnia iterum inculcat Edictum particulare, in quo interrogatorium, sive capita, de quibus examinari debent testes integri, pij, maturi, & omni exceptione maiores, continentur:

138. Ex his, & alijs Decretis, quæ de industria omitto, ne longius, quam par est, in re plenissime fundata, immoremur, colligitur primò, informationes, seu scrutinia debere fieri, non solum in loco originis, seu in Parochia, vbi Ordinum candidatus in Christo renatus est, sed etiam vbi cumque per aliquod notabile tempus habitationem habuerit, licet legitimum domicilium non contraxerit. Ad hoc faciunt verba cap. scriptum est 40. §. per Apostolica, de electione ibi: quatenus super his, & alijs inquiras diligentissime veritatem de meritis electi apud Venetias, vbi nati fuerant, & diutius conversati: &c. Et cap. postquam 3. eodem. tit. ibi: Cuius vita, vel actus, quia melius possunt, vbi est conversatus, cognosci, inquirantur ibidem vbi Gloss. nota, quod ibi facienda est inquisitio, vbi quis conversatus, quia ibi est notus: & qui aliquem purgant debent notam habere ipsius conversationem: alias non posset de ipsius vita constare.

139. Sic videmus ad impedimentorum Matrimonialium indagacionem denuntiationes fieri, vbi cumque contrahentes habitarunt, considerabili temporis mora, qua comparatione vtitur Concilium Colon. ann. 1549. celebratum tit. de altero medio ad conseq. reform. execut. ibi: Quoniam non oportet Sacros Ordines furtive suscipere, statumus, & ordinamus, ut quemadmodum iungendi Matrimonio trina à populo proclamatione denuntiantur, ita &c.

140. Secundò colligitur, Commissarios harum informationum adstrictos esse ad adhibendum maximam diligentiam



in adimpletione huius gravissimæ commissionis, vt apertè constat ex loc. citat. Act. Apostol. *Considerate ex vobis Sc. Dificipite, exquirite.* vt legit Lorin. citat. Consuetudo antiqua Ecclesiæ erat admittendi solum diligentissimè, & accuratissimè probatos, & scrutatio erat ad eò exacta, & minutatim seu quasi in lucernis facta, vt S. Basilius eam curiosam appellet; *Curiosè inquirebatur.* Et ita Tridentinum vbi supra iubet: *diligenter à fide dignis inquirat.* Mediolanense: *studiosè indaget.* Synodus nostra Hispalensis: *à los quales encargamos la conciençia, que las hagan con toda diligencia, y cuydado.* Vnde examinare debent testes accuratè, & cum omni rigore, vt inquit S. Basilius Epist. 181. quin istud negotij Notarijs mandent, quorum aliqui teste experientia, hanc informationem per formulam aliquam sibi notam faciunt, sine attentione ad articulos interrogatorij, & multo minus ad id, quod ipsis, seu Commissarijs ibi delegatur, nec ad dicta testium, sed ipsi scribunt priùs, quod debent dicere, vt testimonium favorabile sit, & faciunt alia, quæ refert Synodus. Malacitana citata: depositiones fiunt diminutæ (cum gravi detrimento Ordinandorum, qui expensas in cassum faciunt) quia re, vt inquit D. Basilius, *per summam socordiam tractata,* examen testium sit negligentèr, nec ipsis fiunt interrogationes, & re interrogationes necessariae ad comperendum rem ex integro, immò potius relinquitur locus, vt testes amphibologicis, & æquivocis vocibus vtantur, seu uti possint, sive per ignorantiam, sive per calliditatem, sive ex bona fide, qua putant actum esse charitatis in similibus casibus defectus alienos non aperire.

141. Tertio colligitur, non esse admittendos ad deponendum quoslibet testes, sed eos solum, qui habent qualitates in supra dictis Decretis relatas, & quas hic iterum exprimam S. Anacletus Epist. 2. exigebat, etiam ad Ordines minores *trium veracium testimonium.* S. Augustinus ap. Possidon. in eius vita, *Maïorum consensum,* Trident. iubet inquiri *à fide dignis Mediolan. à viris spectata probitate, & integritate.* Aquens. *à fide*

fide dignis, gravioribusque viris. Senon. habitum anno 1528. statuit, scrutinium afferre *trium probato. um, non suspectorum, de positiones.* Quæ omnia comprobantur ex cap. *Deus* 12. quæst. 1. cap. *Qualiter* 2. de accusatione cap. *Dilectus* de purgat. Canon. & specialiter ex Athanasij Patriarch. Constantinopol. Epist. (quæ est 5. tom. 3. Biblioth.) in qua aliquos Episcopos circa Ordinandorum probationem erudiens, ait: *Testimonium dicant, non quivis, sed graves homines, qui educationem eius, & mores norint, an ne sit iracundus, an superbus, an ebrius, an avarus, an pugnax, perulans, illiteratus.* Et ita nullo modo debent admitti mulieres, nec iuvenes; tum, quia non habent gravitatem, & maturitatem iudicij, quæ requiritur, vt authoritate debita polleat testimonium: tum, quia regularitèr loquendo nequeunt sufficientem notitiam educationis, & morum odinandi habere. Verùm tamen si testes viri non suppetereant, possent admitti mulieres ad deponendum de genere, vel ad compurgandum Ordinandum de aliquo delicto opposito.

142. Hinc quarto colligitur, testes deposituros, vltra id quod sint veraces, & quod de illis præsumi non possit, quod fallere voluntariè velint, rerum Ecclesiasticarum peritos debere esse, adminùs non omnino imperitos eorum, quæ requiruntur, vt quis Ministrorum Iesu-Christi locum obtineat; sunt enim aliqui, quibus nullus videtur ineptus ad Clericatum: proinde inquit Hall. pag. 62. num. 29. *Providere etiam debent inquisitores, vt testes adhibeant, qui testificentur de rebus sibi notis, & Ecclesiasticarum virtutum non omnino ignari sint, ne vel aubia, atque incertia effutiant; vel nimis temerè de aptitudine, & sufficiencia promovendorum ad Clericatum respondeant: non enim idoneus est testis, qui causam ignorat.* Cap. in pertract. de iuram Calumn.

143. Sed quia aliquibus in vicis pauci, aut nulli inveniuntur testes huius conditionis, oportebit maximè ad temerariam testificatorum ignorantiam vitandam, quod priùs à Parocho,



seu Vicario, quæ sint Clericales dotes, doceantur, quam aliquem ijs aptum esse pronuntient: moneantur quoque pro suo captu cum moiori, qua possit, claritate, de interrogatis in singulis articulis; seridè ipsis ponderando materiæ gravitatem, damna, quæ ex admissione indigni, seu digni repulsione eidem populo, & toti fidelium cætui evenire possunt, & maximâ, quæ Clericorū præcipuè Ordini infertur, iniuriam, licet plurimi horum testum nemini se nocere putent, si indignum ad obtinendos Ordines suo adjuvent testimonio, & alij non pauci errore pravo imbuti obsequium se putent præstare Deo, si simplices, & minimè malos, sed egentes, vel familiæ suæ oneri futuros, ad Clericatum, & altiores Sacerdotij progressionem, non testimonio solum, ve, ùmetiam importuna prece, ac vexatione provehant. Erudiantur igitur de his prius, ut ita timore expulso, odio repulso, amore postposito, veracitate, & libertate Christiana sententiam suam secundum Deum conscientia testem de omnibus interrogatis sincerè pronuntient.

144. Quintò colligitur, non esse admittendos testes, qui vltro, & sua sponte se offerunt examinandos, immò nec pro parte Ordinandi oblatos, ut animadvertunt Concil. Mediolanense, & Burdigalense citata, quia verisimile est, veritatem ea, qua oportet, sinceritate fortasse non proluturos, & ut ait Sydonius Apollin. lib. 7. Epist. 8. sunt aliqua testimonia *quæ non sunt satis grata, quia satis gratiosa: & addit Hallier d. pag. 62. huius statuti utilitas experimento supra modum constat, docente siquidem experientia, discimus, neminem aded sceleratum esse posse, qui non sui laudatores, & approbatores, quandocumque opus fuerit, proferre possit.*

145. Quapropter tales testes non sunt habendi fide digni, quales à Tridentino requiruntur, sed Commissarij certiores facti de personis, quæ notitiam habent de interrogandis, eligant, & advocent per se ipsos eas, quæ aptiores ad intentum videantur, hoc est, viros prudentes, timoratos, peritos, veridicos, zelotypos, & si non divites, adminus non egentes, nec ami-

amicitia iunctos, nec, inimicitijs divisos, non invidos, aut malevolos, nec etiam nimis candidos, aut simplices, nec à parentibus, seu propinquis Ordinandi dependentes &c.

146. In edicto particulari, quod pro quolibet Ordine iubetur in hac Diocesi publicari in Parochia Ordinandi, moneatur scrutinij Commissarius, ut præter testes, quorum depositiones in scriptis ante Notarium, qui non sit neophytus, nec alia ratione exceptus, recipere debet, alios quatuor testes integræ fidei, & famæ, per se, & ante se solum, verbo, aut scripto examinet, ut melius de omnibus mentem Prælati instruere valeat, & expedit maximè, ut hoc adamussim observetur; nam non potest contingere, ut sit aliquid scitu dignum, quod testes ante Notarium proferre non audeant, præ timore, quod evulgetur, & indè aliquid mali ipsis eveniat, & alij secretò Parocho, aut Vicario, enuntient, confidentes magis de ipsorum taciturnitate; & etiam, quia quod ignoratur à paucis, scitur à pluribus, præcipuè in populis aded numerosis, qualia sunt loca huius Archiepiscopatus. Facit ad hoc, quod Pontificale Romanum in denuntiatione, quam Prælati ad Clerum, & populum de Diaconis ad Presbyros electis facit, inquit: *Sed ne unum fortasse, aut paucos, aut decipiat assensus, vel fallat affectio, sententia est expetenda multorum.* In alijs Diocesi-bus servet unusquisque similiter, quod sibi à suo Episcopo in instructione demandatum fuerit.

147. Sextò; quoad defectus, qui ordinum candidatis obijci possunt, ut ab ipsis repellantur, colligitur; commissarios debere omnes audire, licet non omnibus fides danda sit, quia sepè accidit (inquit Hallier pag. 61. *Ut cuius testimonium nullius sit authoritatis ad convincendum, nulliusque ponderis, indicio tamen esse possit, quo facilius veritas inquiratur; unde iura ab inquisitione, quæ fit ad instruendum diligentiam iudicantis, personas, quæ inhabiles sunt ad testificandum, nequaquam removeri volunt &c. Nec tamen testimonio omnium fidere oportet.*



148. Hinc Septimò colligitur, præcipuum Commissarij munus esse diligentè exquirere de qualitatibus testium, seu accusantium, qui approbant, aut reprobant ad Ordines candidatum, de quo Hallier vbi sup. pag. 61. *Sed & de personis accusantium, & testificantium* (provt à D. Greg. cap. in primis §. quia ergò 2. quæst. 1.) *subtilitèr quærendum est ei, cui Episcopus hanc Provinciam dederit, cuius conditionis cuiusve opinionis aut ne inopes sint, aut ne forè aliquas contra Ordinandum inimicitias habuerint, & utrum testimonium ex auditu dixerint, aut certè se scire specialitèr testari sint; notandum præsertim testes, ne amicitia cum Ordinando iuncti sint, an inimicitijs divisi, nam amicitiarum, & inimiciarum maxima vis est ad infringendam veritatem, & debilitandum testimoniorum sinceritatem, idèdque sicut testimonia inimicorum, invidorum, & malevolorum iura* (cap. qualitèr 2. de accus.) *passim infirmant, ita, & amicorum* (cap. cum iuventut. de purg. Canon. & alibi) *sepè testimonijs diffidunt; amor siquidem carnalis, & timor, atque avaritia sensus plerùmque bebetant, & pervertunt opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam, quasi mercedem prudentiæ, inquietabat Calixtus Pap. Epist. ad Episc. Gallie* (refert cap. accusatores 3. q. 5.) *cuius rei nullai sunt frequentiora exempla, quam in promotionibus ad Ecclesiasticos Ordines, dignitates, & officia, in quibus passim videre est plurimos, cum nemini senocère putent, si indignum ad ea obtinenda suo testimonio adiuvent* (in quo tamen omnibus nocent, & toti fidelium cætui, ac Clericorum præcipuè Ordini iniuriam inferunt) *spontè de eorum pietate, ac moribus testari, quos facinorosos, & Sacerdotalibus gradibus omninò indignos norunt, &c. Hucusque Hallier.*

149. Videndum ipsi insuper, an vltro, an coactè deponant, nam sicut spontanei, & non vocati, nec rogati testes suspecti fiunt, ita quoque vltronei accusatores. Sed & in hoc potest adesse fraus: dissimulant enim aliqui odium, & est tertius, qui

qui denuntiet, & vt sibi plena fides habeatur, ipsum malevolum pro teste designat. Cum autem, etsi ex mala intentione, veridicè tamen multoties pandantur crimina, summa cura, & diligentia opus est Commissario, vt rem plenè discutiat, & veritatem deregat.

150. Ulteriùs præ oculis habenda est D. Bernardi doctrina ad Eugenium de considerat. lib. 4. cap. 6. *Hanc velim generalem tibi constituas regulam, vt omnem, qui palàm veretur dicere, quod in aure locutus est, suspectum habeas. Quod si te iudicante dicendum coràm, ille renuerit, delatorem iudices, non accusatorem.* Et hìc obitèr adverto, vtilissimum fore, si Parochi, & Concionatores frequentèr inculcent fidelibus, vt ab epistolis nò subscriptis ad Superiores mittendis abstineant; nam similibus non datur fides, nec apud Prælatos sunt alicuius momenti tales nuntij: quare nec zelotypi remedium intentum, nec malevoli vindictam volitam consequuntur. Vnde oleum, & operam perdunt.

151. Instructus iam inquisitor de qualitatibus deponentium pro Ordinando, vel contra, audiendo ad id alios, si necessarium iudicaverit, ad pleniorè testium scrutinij cognitionem, exactam de omnibus relationem manu propria exaratam (non Notarij, & multominùs Ordinandi, vt scio, quemdam fecisse Commissarium) ad Prælatum faciet, renuntians ei sententiam suam, primò de origine, vita, & moribus Ordinandi, & eius ad statum Ecclesiasticum propensione, de valore congruæ, seu de veritate, aut falsitate instrumentorum, quibus probatur &c. Secundò de testibus, an sint amici, seu inimici Ordinandi, seu ipsius propinquorum, an sint prudentes, & cordati, sufficientibus ad deponendum notitijs ornat, an integritate, probis moribus, & Dei timore præditi, &c. Tertiò; an sit suspicio aliqua, quod fuerint muneribus corrupti, timore percussi, minis perterriti, vel ab ipso Ordinando, vel ab eius amicis, aut consanguineis, & deniquè de omnibus alijs, quæ conducunt ad mentem Prælati circà Ordinandi cognitionem instruendam,



vt rectè de meritis, & demeritis iudicare valeat, & sciat reprobare malum, & eligere bonum, quin amicitia, favor, aut humana potentia, ostium Ecclesie indigno aperiat; nec odiù, malevolentia, aut invidia digno occludat; cum sit in hoc puncto verissimum, æquè falsum testimonium esse dicere de pravo, quod sit bonus, quàm de probo, quod sit malus.

152. Ad omnia supradicta plurimum intererit, advertere admodum testificandi, qui sæpiùs passionem animi explicat, eructat enim cor per os, & ex abundantia illius loquitur. Nec omittat in mentem Prælati revocare, si Ordinandus de aliquo crimine accusatus fuit, & convictus ante Iudices Prælati, confisus, quod ipsius Ministri de hoc meminerint; nam multoties contrarium evenit; hi enim pluribus negotijs distracti facilè in aliquorum oblivionem incidunt. Caveat etiã, quod Notarius, etiam si sit Ecclesiasticus, informationem suam privatam legat, nec aliquo modo rimetur.

153. Facto scrutinio, & posita ad calcem depositionum sententia sua, nullatenùs illud ordinando, vel eius consanguineis tradat, & multominùs patefaciat, etiam si omnia dicta sint in favorem Ordinandi: quod expedit maximè generalitèr observari; nam aliàs, cum sit aliquid in contrarium, cavère debet, & hoc ipso Ordinandus, seù eius propinqui suspicionem concipient, & licèt postea velint Prælati, seù eius Ministri dissimulare, & aliam causam prætere, numquam repulsus, & eius partiales vereri desinent, quod ratio, quare ad Ordines non admissus fuit, ex scrutinio processit; & tales querelas de Parocho, seù Vicario dabunt, quod fortasse alia vice non audebunt, quid sentiant, liberè pandere, seù scribere, nec testes deponent, quod sciunt, timentes damna, quæ ex testificatione ipsis orientur, & hac procùldubio ratione videmus omnes à populis approbari, cum tamèn moralitèr certum sit, inter multos non omnes probos esse, sed aliquos indignos reperiri. Omnia hæc providentur in constitutionibus Synodalibus, & edictis pro Ordinandis, præcipuè

in litteris commissionis ad capiendam informationem.

154. Superfluum videtur hoc monitum, verùtamen ad maiorem huius materiæ discussionem id ponimus; videlicèt Ministros Episcopi, ad quorum manus informationes deveniunt, valdè cautos esse debere, ne vel ipsi confamiliares domestici eas videant, vt ita testes, & Commissarij maiorem de secreto securitatem habeant, & mentem suam liberè, & si reformidine aperiant: expedire quoque maximè, quod licèt in scrutinyio denuntietur aliquid, quod ad negandum, differendum vè Ordines sufficiat, diligentias nihilominùs ad Ordinationem prævias prosequi permittantur (habita tamen de expensis, quas faciunt, prudenti ratione) quin ipsis statim renunciatur, vt ita numquam Ordinandi comperire valeant, quonam medio ad aures Prælati notitia illa devenit: an per epistolam, an per scrutinyium, an per testes, an per Vicarium, Parochum, vel Visitatorem. Hæc autem cautela necessaria non est, quando informatio est diminuta, vel non rectè confecta, ex defectu periti Notarij, seù Commissarij: immò manifestare clarè defectum oportebit, vt alia vice reparari possit, & sumptus, & laborem in cassum non expendant.

155. Notetur quoque, quod quando Commissarij prudentèr continescunt, quod Ordinandi, seù illorum fautores quoquomodo visuri sunt scrutinyium, possunt in separata epistola Prælati recribere, quod privatè ipsi sentiunt, & à fide dignis testibus secreto examinatis audierunt, & ita nulla ex parte excusationem habebunt apud Deum, nisi veritatem aperiant, & de omnibus Episcopum certiosem, vt par est, reddant.

156. Præter hanc informationem, quæ in virtute publicæ commissionis fit, solent Prælati aliqui de Ordinandis notitiam secretam exigere à personis sibi notis, & acceptis, vt notavit Hall. vbi sup pag. mihi 60. *Quamvis, & hoc ère Ecclesiæ esse censerem, si præter iudicalem illam inquisitionem, aliam Episcopus secretam, & extra iudiciorum Ordinem à viro*



Siro aliquo probato, de cuius fide, & industria nullatenus dubitet, inquisitionem haberi præcipiat, & utramque inter se conferat, nam & priori propter iudicij religionem, & posteriori propter inquisitionis auctoritatem sua fides servari debebit.

157. Hoc autem maxime expedit; primo, nam etiam Vicarij, seu Parochi passionibus subditi sunt, velut testes, & possunt Episcopum sinistrè informare. Secundo, quia ita Commissarij maiori cum solertia hoc negotium gerent, & veritatem investigare, & ad Prælatum deferre procurabunt, veriti, ne per alterius industriam illam sciat, & negligentiam, seu malitiam suam iuste Episcopus increpare possit. Tertio, quia ita Ordinandi cautius vivunt, nescientes eum, qui gressus illorum dinumeret, & de moribus Prælatum moneat: & numquam comperire poterunt, quoniam notitiam, quæ suspensionem, dilationemve Ordinum movit, dederit.

158. Octavo colligitur, sedulitatem supra commendatam habendam esse in scrutando genus, vitam, mores, &c. omnium, qui clare noti, & probati non fuerint apud Prælatum, cap. Nullus. distinct. 24. & Gloss. ibi: ne contingat, quod de Sopher Principe, seu Magistro exercitus Sedeciae, qui à Nabuzardan Principe exercitus Nabuchodonosor Regis Babiloniae captus, & in Babilonem ductus fuit, dicitur lib. 4. Reg. cap. ultim. Tulit quoque: & Sopher Principem exercitus, qui probabat Tyrones de populo terræ. Super quo notavit Hug. Card. in 1. Timoth. 3. Quasi dicat, nobiles non probantur. Ita fit & nunc de Clericis. Tota vis ponitur in examinandis parvulis, & debilibus; fere autem nulla in probandis nobilibus, & potentibus, contra quos nullus loqui audeat.

159. Et licet pro Ordinibus maioribus initiandis, maior quoque cura, & diligentia adhibenda sit; magna tamen, vel prominiimo gradu iuxta sententiam quam supponit D. Leo in cap. miramur ibi: si in quibuslibet Ecclesiae gradibus pro evidenter, scienterque curantur, est, ut in domo Domini nihil sit inordina-

tum, nihilque raposterum. &c. præcipue pro evolvendis ad primam Clericalem tonsuram ob rationem, quam ibidem tangit S. Leo Pap. quod difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio: & ait Hallier pag. 32. num. 31. ad tonsuram quoque promovendi probatione indigent, inquisitione, & examine, etenim cum plura sint, quæ à suscipienda Clericali tonsura arceant. (quia licet non sit Ordo, est dispositio ad Ordines, & ita, qui Ordinum non est capax ex aliquo impedimento Canonico, nec primæ etiam tonsuræ. March. de Ordin. tract. 2. p. 1. cap. 14. cum D. Thom. Suarez &c. eos, qui tonsuram suscepturi sunt, discuti oportet, an aliquibus impedimentis Canonicis præpediantur, à legitima Clericalis tonsuræ susceptione, ex qua probationis omissione rectè notant Ecclesie Carnoten, pro Ordinibus suscipiendis constitutiones fieri ut iam beneficia imperitis conferatur, ab inutilibus Clericis Ecclesiastici redditus consumantur, bonis vero, aut proficius auferantur; hinc etiam factum esse, ut Clericorum, ac laicorum distinctio iam nulla ferè sit; sed quævis etiam viliores personæ, ac de ima plebe homunciones in Clerum temerè adlecti sint, proindeque in summum Ecclesie dedecus inferiores Clerici de gradu, & honore dicerint, privilegia amiserint, nec habitu, aut moribus à laicis secernantur, sitque iuxta Prophetam querimoniam, sicut populus sic Sacerdos. Isaia 24.

160. Et si attentè perpendimus verba Trident. cap. 4. de reformat. sess. 23. perspicimus quoque, non leve examen, nec exiguam circumspectionem exigi pro admittendis ad primam tonsuram; nam inquit: Prima tonsura non initientur. &c. & de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstet, hoc vitæ genus elegisse. Videat March. in Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 6. p. 1. q. 4. dub. 4. Ut ergò hæc probabilis coniectura fiat, accuratum examen requiri, quis ambigat? experientia enim docente didicimus, plerosque Clericalis militiae candidatos moveri,



EXPLIC. BVL.

vel ut in aunitatibus, privilegijs, & exemptionibus Ecclesiasticis in fraudem Regalium iurium fruantur, vel ex fine temporalium commoditatum, veluti possidendi Capellaniam sanguinis, qua vacat, cum tamen antea nihil de Ordinibus cogitaret, immò manum ad aratrum, vel ligonem iam misisset: vel ut parentes pauperes alat, aut sorores nuptui, tradat, ac si Clericatus officium aliquod esset; vel ex alio simili fine. Hoc autem nullus melius, quam Parochus, seu Vicarius exquirere, vel saltem conijcere, & Prælatum monere valet; præcipuè cum videant aliquos, qui de studio non cogitabant nec unquam desiderium cum Clericis adnumerandi monstrant, repente habitum mutare, quia per obitum consanguinei beneficii aliquod ad ipsos iure sanguinis spectans vacavit; quod corrobatur ex eo, quod videmus aliquos, qui, quantum fas est cogitare, ex similibus motivis excitati litterarum studio se tradiderunt, ut Clericatus coaptarentur, durante litis pendentia alicuius Capellaniam vacantis: cum autem sententia contra ipsos pronuntiat, vel ius alterius partis colligantis fortius esse à Iurisconsulto edocentur, statim ab inceptis desistunt, & sæcularem habitum reasumunt.

161. Præterea advertere debent ad inclinationes, quæ ætate crescente pullulant, modestiam, humilitatem, docilitatem, ingenium, in studijs profectum &c. Ex his enim conijcient, utrum Ecclesiam ornamento, & utilitati; an detrimento, & dedecori futurus sit? & an à Deo ad statum Ecclesiasticum vocetur, nec ne? si autem ex ar busto illo bonos, & opimos fructus sperari non posse recognoverint; ut quid Prælatum persuadebunt, ut in Ecclesiam paradysum sæcundissimum, & frugiferum spiritualium florum, & fructuum hortum transferat?

162. Estque notandum, quod sicut Regulares, ante quam aliquem ad habitum admittant, vocationem, & alias qualitates Religionem ingredi volentis scrutantur, & ipsum per aliquot dies in suo habitu sæculari manere faciunt, & postquam

Reli-

PART. XV.

93.

Religiosam vestem induit, per annum probationis in Novitiatu multifariam, multisque modis tentant, & examinant ante solemnem professionem emissionem, ita quoque congruum valde erit, quod Parochi per aliquot menses experimentum faciant eorum, qui ad Clericatum aspirant, vocationem speculantes, & perfectionem vitæ, & morum, quam Ecclesiasticus status requirit, seriò proponentes: & aliter approbationem, & testimonium, quo apud Episcopum commendari debent, nullatenus concedant.

163. Quæ omnia valde conformia sunt Decretis à S. Carolo Borromæo Conc. Prov. Mediolan. 4. p. 2. tit. de his, quæ pertinent ad Sacram. Ord. ibi: *Vbi primum Episcopus, aut Parochus aliquem novit, qui vel sponte se Clericali militia adscribi velit, vel à parentibus adhuc infans destinatur, hoc sedulo curet, ut ille, quod diligentius Clericalis discipline, vitæque religiosæ institutis primum imbuatur, Ecclesiam frequentius adeat; functiones, quas Clerici obeunt, ceteraque id genus ministeria cernat, ipsique Parochus, vel alij Sacerdoti, quem idem Episcopus maluerit, in disciplinam traditus Ecclesiasticorum hominum consuetudine utatur; sicque... discat, quod vitæ genus, si Ordinis Sacramentum initiari vult, sequi debeat; proindeque de re tota maturius antè deliberet; Parochi verò sit eum quemcumque Clericalis vocationis, institutionis vè sunt aliquando monere, ac docere diligentèr.* Hucusque S. Carolus.

164. Peculiaritèr verò in locis, ubi penuria est Clericorum, magnum Deo obsequium Parochi præstabunt, si instruendis, & educandis pueris bonæ indolis, & rebus Ecclesiam propensis operam dederint, docentes eos, non solum rudimenta fidei, sed institutiones Grammaticæ, & ad Episcopum deferentes, ut in studijs prosequendis foveat, & ad primos Ordines promoveat, si spes affulgeat, Ecclesiam vtilis fore Ministros.

165. Colligitur nono, post commissionem acceptatam,

M 2

gra-



EXPLIC. BVL.

gravissimè peccaturum, qui eam acceptavit, & ea diligentia, & cura, qua iniungitur, executioni non demandaverit. Ratio est, Primò; quia materia est gravissima. Secundò, quia Prælati verbis id denotantibus significant, qualia sunt ea, *conscientiam oneramus*. Tertio, quia, Episcopi indignos promoventes lethalis culpæ rei fiunt, ut est notum, & potest videri apud Expositores sæpiùs recitati tex. D. Paul. ad Thimoth. 3. *Manus citò nemini imposueris, nec communicaveris peccatis alienis*; & ad vitandam prædictam culpam, iubent inter alia Prælati, examen & informationem de candidatis Ordinum fieri, & ita dixit Theodoretus in præcit. Apost. verba: *Oportet enim priùs examinare vitam eius, qui ordinatur, deinde in ipsum invocare gratiam Spiritus*. Et aureum os D. Chrysof. ibid. *Quid est illud citò? non ex prima probatione, nec secunda, nec tertia, sed ubi consideratio diuina præcessit, exactissimæque discussio*. (Notetur hic scrutinia faciendi modus, quem secundus præscribit Paulus) Quando autem Domini Episcopi Provinciam hanc comperiendi requisita necessaria pro Ordinibus licitè conferendis alicui mandant, obligationem suam arctissimam in Commissarios subrogant, & acceptata ab istis delegatio cum iisdem oneribus, & conditionibus transit, ac in Ordinarijs existit obligatio; Ideò in generali edicto, quod in hac Diœcesi diximus promulgari severè monentur Commissarij, ut munus suum ritè obeant, & quod si indignus aliquis in Ecclesiæ Ministri adscribitur, incuriæ, aut malitiæ suæ tribuetur, de quo strictissimam Deo rationem reddent.

166. Quàm autem formidabilis sit hæc obiectio, quæ in tremendo Dei iudicio fiet, potest colligi ex præfatis Apostoli verbis: *Neque communicaveris peccatis alienis*. Quæ S. Leo in Epist. 87. sup. cit. ita explicat: *Quid est communicare peccatis alienis, nisi alem effici Ordinantem, qualis est ille, qui non meruit ordinari?* Et D. Ioann. Chrysof. vb. sup. *Neque enim ea res (impositio manuum) periculo caret, eorum, que*

PART. XV

95.

quæ peccaverit, tu quoque pœnam dabis. Et doctus Primæsius in eadem verba D. Pauli: *Non est enim leve peccatum mittere margaritas ante porcos, & dare sanctum canibus, & Ordinationem Clericatus nequaquam sanctis, & in lege Dei doctissimis, sed asseclis suis tribuere, & vilium officiorum Ministris, quodque ijs dedecorosius est, muliercularum precibus, in quo consideranda loquentis in se Christi, Apostoli sapientia, qui ut Ordinationis periculum demonstraret, iunxit tormen a peccatiuum; neque communicaveris peccatis alienis; sicut ergò in Ordinationibus malorum particeps est peccatorum, qui tales constituit, sic in Ordinatione Sanctorum particeps est eorum iustitiæ, qui bonos elegit. Neque communicaveris peccatis alienis: communicari dicit peccatis eius, qui non probatus ordinatur.*

167. Deniquè S. Ioann. Chrysof. vb. sup. & alibi ait, quod fit particeps, non solum peccati, quod indignus promotus committit, sed eorum omnium, quæ ex eius Ordinatione originem trahunt, quæ quidem in maiori, seu minori numero erunt, secundum gradum, in quo indignus positus fuerit; & non est necesse, ut ei imputentur, quod actualitè sequantur, sed sat est, ut sequi possint, licèt postea ob misericordiam Dei maximam, qui de remedio provideat vitentur, vel indignum de medio Ecclesiæ tollendo, vel ipsum in meliorem frugem, ut dignus fiat, reducendo.

168. Quarto probatur assumptum huius illationis ex c. Quando 5. distinct. 24. ubi loquens Conc. Nannetenfe cum electis ab Episcopo ad examinandam originem, ætatem, mores, titulum, sufficientiam ad Ordines, ait: *Ipsi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti à vero deviant, aut indignum, & minus idoneum ad Sacros Ordines suscipiendos, Episcopi manibus applicent, quod si fecerint, & ille, qui indignè accessit ab Altari removebitur, & ille, qui donum Spiritus Sancti vendere conati sunt, coràm Deo iam condemna-*



EXPLIC. BVL.

si Ecclesiastica dignitate carebunt. Et licet expressse loquatur de culpa simoniæ, cui pœna suspensionis imponitur; attamen argumentum inde desumitur ad alios casus; nam si indigno ad Ecclesiæ gradus per temporale pretium viam parare simoniæ notatur, non solum in Episcopis, qui Spiritus Sancti donum conferunt, sed in vnoquoque Ministrorum suorum, qui aliquomodo cooperatur, legitime infertur, quemlibet, cui Episcopus alicuius requisiti informationem commiserit, ad cognoscendum, an petitor Ordinis dignus, indignusvè eo sit, peccaturum, nisi ritè fungatur officio, eodem modo culpæ, quam Prælatus negligens incurreret, si scrutintum per se ipsum, sed incuriosè, faceret; ratio fundamentalis est, nam species culpæ ex obiecto desumitur.

169. Antiquitus Archidiaconi, de quibus Evaristus Papa inquit, *Quod quasi oculi videntur Episcopi.* Cap. Diaconi distinct. 93. Diocesim visitabant, & super Clerum invigilabant, & sui muneris erat præsentare Episcopo Ordinandos, tam ad examen, quam ad Ordinationem, & pro qualibet vice scrutationem scientiæ, & morum præsentati præmittebant, & absque commendatitio Archidiaconi testimonio nullatenus admittebantur. Nunc vè ferè in desuetudinem abiit quidquid ius Canonicum de officio Archidiaconi disponit, adminus in nostra Hispania; sed extat memoria in Pont. Rom. siquidem adhuc præscribit tit. de Ordin. Diacon. & Presbyt. quod Archidiaconus, seù illius vices gerens Ordinandos Diaconos, seù Presbyteros ad Episcopum in hunc modum referat: *Reverendissime Pat. postulat S. Mater Ecclesia, ut hos præsentés Subdiaconos ad onus Diaconij (Diaconos ad onus Presbyterij) ordinètis.* Et interrogatus ab Episcopo Ordinatore: *Scis illos dignos esse?* respondet: *Quantum humana fragilitas nosse sinit, & scio, & testificor illos dignos esse ad huius onus officij.* Quomodo autem sine scrupulo hæc verba dicere valeat, qui Episcopo assistit, licet Ordinandos non cognoscat, dummodo nihil incontrarium sciat (nam si sciret, monendo indignum,

vt

PART. XV. 973

972

vt indè abiret, vel aliter præcavere debebat) explicant Philibert. Marchin. de Ordin. tract. 2. patr. 6. cap. 11. num. 9. & 10. Hall. vb. sup. pag. 49. num. 12. vbi etiam satisfacit obiectionibus, quæ fieri possunt adversus responsionem D. Innocentij Pap. III. consulti cap. vnic. de scrut. in Ordin. faciendo.

170. Sed licet hodie DD. Episcopi adiumento præfatto careant ad cognoscendum vitam, mores, & alia requisita, quorum testimonio optimo commendandi sunt Ordinandi, habent tamen Visitatores, qui quidem dum per loca Diocesis discurrunt, debent inter alia summa vigilantia inquirere à fide dignis de qualitatibus Ordinandorum, qui sunt in via ad Presbyteratum, videlicet de origine, & moribus, titulo, seù congrua, indole, & etiam eorum, qui nondum primam tonsuram initiati sunt, sed tamen præsumitur, velle cum Clericis adnumerari: vt mens Prælati instructa inveniatur per eorum industriam, & cõferat postea has notitias cum informatione per Parochum, seù Vicarium facta.

171. Magistri quoque circumspecti esse debent in attestatione, quam de Ordinando faciunt, ius enim Conciliare, & Canonicum plurimum eorum defert testimonio, & meritò; quoniã ex frequèti discipuli conversatione possunt penetrare indolem, ingenium, & propensiones illius, vocationem ad statum Ecclesiasticum, affectionem ad ministeria Clericalia, & exercitia virtutum.

172. Quæ autem causa sufficiat ad repellendum ab Ordinibus, & quid fieri debeat cum his, qui aliquo delicto, sed occulto laborant, & alia puncta ad hunc finem conducentia pertractat diffusè Hall. vb. sup. præcipuè sect. 1. cap. 2. art. 1. Redeamus nunc ad explicationem textus nostræ Bullæ.

173. De hoc secundo modo probationis loquitur Conc. Trident. sect. 23. c. 3. ibi: *Alièr quam, iam probatos, & examinatos &c.* Sed verba huius particulæ utroque sensu, seù de utroque modo probationis intelligi possunt, sicut etiam ea, quæ habet Pont. Rom. de Ordin. Presbyt. *Horum conversatio probata, & Deo placita existit, &c.*

PART.



EXPLICAT. BVL.

PART. XVI,

NEC VMQVAM HERI SACRILEGI, HODIE SACERDOTES: heri profani, hodie Sacrorum Antistites. veteres vitio, virtutes rudes, & recentes, discipuli simul, ac Magistri pietatis creentur.

174. Hæc verba conformia sunt alijs Concilij Nicæn. I. c. 2. & Brachar. I. Can. 38. ex 79. Apostol. Canone, & prius quam purgati sunt, purgant. Heri sacrilegi, hodie Sacerdotes: heri extra Sacra, hodie Præsules mysteriorum. Veteratores malitia: novitij pietate. Sed magis desumpta esse videntur ex alia sententia D. Gregorij Nazianzeni orat. 21. vbi loquens de his, qui festinantèr ad Sacerdotium properant, inquit: Cum nihil prius ad Sacerdotium attulerint, discipuli Magistrique pietatis creantur, aliosque antea purgant, quàm ipsi purgati fuerint, heri sacrilegi, hodie Sacerdotes, heri profani, hodie Sacrorum Antistites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes, qui deniquè plura pro suis, quàm pro populi ignorantia debeant. Et orat. 20. anteced. dixerat: Vno die Sanctos fingimus, eosque sapientes, & eruditos esse volumus, qui nihil didicerunt, neque ad Sacerdotium quidquam attulerunt, præter velle.

175. De vtraque sententia meminit in suo Op. Sacro de vigil. & sollicit. Pastoral. Illustrissimus, & Reverendissimus D. D. Olaguerius de Monserrat Episcopus Vrgell. venerab. & Sanct. memor. pro sua sapientia, zelo, & heroicis virtutibus, quibus, non solum Cathalonix Principatui, sed toti Hispanix præluxit; transtulit Deus elapso anno luminare hoc ad superiùs Cælum, vt luceat (ita piè creditur) in perpetuas æternitas.

PART. XVII.

99.

nitates, sed adhuc illuminat Emispherium nostrum scriptorum suorum radijs. Speculum igitur hoc Prælatorum Opusc. Sacri cap. 27. vbi de idoneitate, & dispositione maxima, quam Sacerdotalis dignitas exigit, agit, ita ait: S. Gregorio Nazianzeno, cum con grande sentimento estã admirando, como puede ser este te prodigio de vna disposicion de virtud repentina para tan alta dignidad, y assi exclama el Santo: ayer sacrilegos, y hoy Sacerdotes, ayer profanos, y hoy Ministros de cosas tan sagradas? en los vicios viejos, en la piedad rudos, y nuevos, y los criarán a vn mismo tiempo discipulos, y maestros; en vn solo dia los formamos Santos, y queremos que sean sabios, y eruditos los que nada estudiaron, y no traeron para el Sacerdocio mas, que su querer, y voluntad. Esto dize el Santo Doctor, quanto mejor lo podria dezir en estos calamitosos tiempos, dignos de llorar, quando la experiencia enseña ser esto verdad en tanto exceso. Hucusque venerabilis Prælatus.

176. Huic damno occurrere desiderat N. SS. P. quantum ad ipsum attinet, moderatione Indultorum de extra tempora (quorum concessione, licet contra intentionem suæ Beatitud. repentinæ hæ, & præproperæ promotiones in personis earum indignis, non sine bonorum scandalo, fortè visæ fuerant) insinuans iuxta tenorem decreti moderativi supra allati, nunquam DD. Episcopos talia Brevia executioni fore mandatuos modò, & quando ex ea talia oriuntur inconvenientia.

177. Agamus nunc aliquam reflexionem super istius clausulæ verba: Nazianzeno horrenda videbatur, & iure, monstruositas, quod, qui heri erant sacrilegi, hodie essent Sacerdotes: heri prophani, hodie Sacramentorum Ministri, &c. Quid autem diceret, si qui heri sacrilegi, hodie etiam Sacerdotes essent, & sacrilegi Sacrarum rerum violatores sine timore, nec reverentia ad Templum, nec ad Sacramenta, nec ad ipsum Dominum, quem in Altari tractant, ac in oratione vocali, quam ex officio, sed sine devotione, recitant, com-

N

mu-



municant, veluti si non crederent, quod eos audit, & videt: heri prophani, & hodie prophani in habitu, conversatione, & moribus; heri in theatris, in circo, & spectaculis, & hodie similiter: heri vitijs dediti, & hodie vitijs quoque subditi, quin vniquam discipuli in virtutum tyrocinio esse coeperint, Magistri facti in titulo, & debito docendi docentes tamen ad summum solum, quæ legunt, non quæ faciunt: S. Gregor. aliquam mutationem in moribus, & si celerem, & non satis probatam pro Sanctitate, quam altissimus Sacerdotij gradus requirit, supponebat, & nihilominus miratur de inordinatione; quid faceret, si tantum superficiale & exteriorem in habitu talarum Clericali videret? indignum hoc fide videtur, dictum autem, vt si fortassis sit aliquis talis, quod non credo, in se reuersus amarè fleat.

PART. XVII.

SED IJ TANTVM IVXTA CONSTITVTAS AM-
ioribus leges Sc.

178. Leges istas colligit eruditissimus vir D. Antonius August. Tarracon. Archiep. in Epit. Iur. Canon. vet. lib. 6. tit. 6. qui est. Ne laicus statim Presbyter fiat. Earum aliqua generice sūt pro intervallo inter vnus, & alterius Ordinis receptionē statutis; alia verò specificæ pro laicis, ne repente ad Presbyteratum ascendant. Plures etiam referuntur in decreto Gratiani distinct. 59. 60. 61. & 77. vbi videri possunt, si ad manus non sit citata epitome. Omnes quidem adduci hic nequeunt, sed nec prætermitti, vt interstitiorū à Tridentino decretorum impatientes, sese contineant, & humiliter ea observent, agnoscen-tes, quàm moderata sunt, & brevia respectivè ad ea, quæ ius antiquum designavit.

179. In Concilio Romano 2. cui 384. Episcopi interfuerunt, decrevit S. Sylvester, vt nullus ex laica persona ad honorem Acolyti, vsque ad Episcopatum subleuaretur, nisi prius fuisset Ostiarius, Lector annis 30. (aliis diebus) deinde vna die Exorcista, postea caperet onus Acolyti, & faceret in eodem Ordine annos decem, vt acciperet onus Subdiaconi & in Subdiaconatu esset annos 5. Deinde ad Diaconatus Ordinem peringeret fixus, donec rogantibus 30. Presbyteris examen, vt esset Diaconus Cardinalis, quia à prima sede erat constitutum, vt seruiret annis 7. Sc. Si quis desideraret Ordinem Presbyterij, in annis 7. à cuncto Clero Romano probaretur gratia doctrinae, nauitatis, generositatis, & consilij non expetens prædam à quoquam, & cuius opinionem claram, & firmam omnes Presbyteri declararent, & affirmarent, & sic ad Ordinem Presbyterij accederet.

180. Syriacus Papa, postquam vniuersalem regulam in tota Ecclesia observandam pro his, qui à teneris annis Divino seruitio dicabantur, decrevit, 5. annos interstitiorum à Diaconatu vsque ad Presbyteratum assignans; præscribit, quid cum adultis observari debeat, inquit: Qui verò iam ætate grandævus melioris propositi conversatione provocatus ex laico ad Sacram militiam pervenire festinat, desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim Lectorum, aut Exorcistarum numero societur: qui dū initians fuerit, exple biennio, per quinquenniū aliud Acolytus, & Subdiaconus fiat, & sic ad Diaconatum, si per hæc tempora dignus indicatus fuerit, provehatur. Exinde iam accessit temporis Presbyterio, vel Episcopatu, si eum Cleri, & plebis evocaverit electio, non immeritò societur. Cap. Quicumque 1. dist. 77.

181. Zozimus Pontif. Epist. 1. ad Episc. Salonit. cap. 3. ordinavit: In singulis gradibus hæc tempora sunt observanda, si ab infantia Ecclesiasticis ministerijs nomen dederit; inter Lectores vsque ad 20. ætatis annum continuata observatio.



EXPLIC. BVL.

102. *perduret, si maior iam, & grandævus accesserit, ita ut post baptismum statim se Divinae militiae desideret mancipari, sive inter Lectores, sive inter Exorcistas quinquennio teneatur, exinde Acolytus, vel Subdiaconus 4. annis, & sic ad benedictionem Diaconatus, si mereatur, accedat, in quo Ordine 5. annis, si inculpate se gesserit, haerere debet, exinde suffragantibus stipendij per tot gradus datis propriae fidei documentis, Presbyterij Sacerdotium poterit promereri. Eadem interstitiorum leges fuerunt in viridi observantia apud successores Pontifices, licet aliquando necessitate compellente laxatae fuerint. Haec compulit Gelasium, ut mitigaret, quemadmodum ipse dicit Epist. 1. ad Episcop. per Lucan. & Brut. & Sicil. const. cap. 3. cuius particulae sunt. Cap. Siquis, & cap. Monachus. dist. 77.*

182. Et praevidens relaxationem, quae ex dispensatione nascituram verebatur, concludit: *Quae tamen eatenus indulgentia credidimus, villis Ecclesijs, in quibus infestatione bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, renoventur, quatenus his, Deo propitio, restituis in Ecclesiasticis gradibus subrogandis Canonum Paternorum forma vetus servetur, nec contra eos ulla ratione praevaleat, quod pro accidentis defectus remedio provideatur, non adversus scita maiorum nova lege proponitur; caeteris Ecclesijs ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas, pristinam faciendis Ordinationibus conveni. tenere sententiam, quo magis, hac opportunitate commoniti observantiam venerandorum Canonum propensius diligamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus. Et exclamat hic iure optimo Hallier: Quid ad haec respondebunt illi, qui novas, & antiquas Ecclesiae leges contemnent, nulla urgente Ecclesiarum utilitate, immo Clericorum multitudinem ultra Canones, & antiquam consuetudinem in Ecclesia recepta uno, vel altero mense omnes festinanter gradus Ecclesiasticos decurrunt, nullo dato, experimento.*

PART. XVII.

103.

aut probitatis, aut vitae, aut doctrinae, aut studij Ecclesiasticae disciplinae. Sect. 7. art. 7. pag. 884. Lit. D.

183. Ex hoc Gelasij Papae Indulto ob urgentissimas causas, & cum tot praecautioibus concessio initium habuit Ecclesiasticae disciplinae in hac parte relaxatio ita, ut primitivi illi longissimi intervalli ad unum annum reducti fuerint, Concil. Arelat. 3. sub Ioann. Pap. 2. & Aurelian. 3. sub Sylverio Pap. & Aurelianens. 5. sub Uigilio, & Bracharensi 1.

184. Postea in quadam Synodo Barchinon. Catholici Recaredi Regis tempore celebrata antiquorum Canonum observantia restituta est per haec verba, quae leguntur cap. 3. *Ut secundum praeceptorum Canonum instituta, vel Synodalia Epistolae Praesulum, nulli deinceps laicorum liceat ad Ecclesiasticos Ordines praetermissis Canonum praefixo tempore &c. ad summum Sacerdotium aspirare, ac provehi, sed cum per Canonum praescripta tempora Ecclesiasticos per Ordines speciali opere desudando, probatae vitae ad miniculo comitante, conscenderit gradus, ad summum Sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino, provehantur.*

185. Octava Synodus Generalis decrevit, quod ad Sacerdotium non admitterentur, qui noscebantur, ex intentione ascendendi brevi ad Ecclesiasticas dignitates Clericos fieri; pro reliquis vero sequentia interstitia statuit: *Quod si quis nulla suspitione dictae ambitionis, vel honoris spe tactus, sed recta, honestaque inductus, in Clerum, aut Monachum attonsus est, perque omnes gradus Ecclesiasticos, definitis temporibus, vitam agendo inculpatae manserit, ad Episcopatus honorem evehatur; sic, ut in Lectoris munere, annum, in Subdiaconatu duos, in Diaconatu tres, Sacerdotij quatuor expleat; pie denique, diuque in Clericorum, & Monachorum Ordine versans tempus ab Episcopis qui eo tempore fuerint, contrahi potest. Si quis praeter hanc sanctionem ad supremum Episcopatus honorem proventus fuerit, penitus reiiciatur.*

186. *Sequentibus saeculis usque ad Trident. Concilij*

tem.



104.

EXPLIC. BVL.

tempora varietas quoque fuit. Tridentina verò Synodus intervalla trium annorum ad minus pro Ordinibus maioribus, sive à gradu Acolyti vsque ad Presbyteratum, suis legibus sancivit Episcoporum arbitrio determinationem interstitiorum pro Ordinibus minoribus relinquendo, prout vidimus supra part. II. à num. 72. Causæ autem motivæ horum interstitiorum, & rationes peculiare ad continendum laicos, ne citò, & præmatu-
re ad Sacerdotium ascendere ambiant, patebunt in sequenti-
bus.

187. Debeotamen pro minus sapientibus notare, quod *ly maioribus* non significat maiores in dignitate, potestate, aut iurisdictione; quia in isto sensu nullus maior in terris SS. D. N. Innocentio XII. qui nunc feliciter regnat, nam est Iesu Christi Vicarius, & legitimus Petri successor, superior Episcopis, & Concilijs, etiam Generalibus, æqualis omnibus Prædecessoribus, qui solum maiores nari dici possunt, & in isto sensu hic accipitur, ac si diceret: *Ab Antecessoribus.*

PART. XVIII.

**AB HUMILI GRADU FIDELIS POPULI AD
Sacrarum administrationum sublimitatem
promoveantur.**

188. Clausula hæc phrasis est D. Bernardi de convers. ad Cleric. cap. 29. ubi eos, qui sine dono castitatis Sacris initiari non verentur, alloquens, ait: *Vinam, qui continere non valent, perfectionem temerarie profiteri, aut cælibatui dare nomina vererentur: esset autem sine dubio melius nubere, quam tri, & salvari in humili gradu fidelis populi, quam in Cleri sublimitate & deterius vivere, & districtius iudicari.* Obiter quidem hoc dictum, sed seriùs cogitandum ab his, qui nondum

cas-

PART. XVIII.

105.

castitatis votum in Subdiaconatu emisere.

189. Duo sunt in hac particula explicanda. Primum; distantia, quæ intercedit inter gradum humilem sublimioris laici, & supremam Sacerdotij altitudinem. Secundum; gradus, quibus ad huius montis Olympo excelsioris summitatem ascendendum est.

190. Quoad primum suppono, velut Catholicum dogma in Trident. sess. 23. definitum, distinctionem inter laicos, & Sacerdotes, hoc est, non omnes laicos promiscuè Sacerdotes novi testamenti esse, visibiles, consecratos, & deputatos ad offerendum Sacrificium Missæ visibile cum potestate Corpus, & Sanguinem Christi consecrandi, & peccata remittendi, & absolvendi; sed solum eos, qui legitime ab Ecclesiastica, & Canonica potestate ordinati sunt; idè dixi: *Distantiam inter gradum humilem &c.* discrimen supponens.

191. Vocatur autem *humilis* Sæcularium status comparative ad sublimitatem Sacerdotij, & merito; nam est veluti solum, seu planities, vnde incipiunt erigi gradus alicuius scælæ. In prædicto verò humili gradu fidelis populi comprehenduntur omnes, etiam Reges, & Imperatores mundi, qui ad pedes Sacerdotum, & Religiosorum pauperum provoluti colla submitunt, veniam, & absolutionem peccatorum ab eis petunt, precibus suis apud Divinum numen iuvare enixè rogant, ut res suæ suorumque Regnorum prosperè eveniant; propitiùsque Deus foveat; placabilisq; fiat, cū per publicas calamitates iram suam manifestam facit; Sacerdotes autem sunt mediatores inter Deum, & homines, qui pacem, & reconciliationem faciunt; & in corpore Ecclesiæ mystico præcipuum obtinent locum, sæculares verò minus principalem, ita ut Reges, & Imperatores, seu quilibet alij mundi Principes temporalia administrent, Sacerdotes verò spiritualia: potestas illorum in corpora, & res terrenas, Sacerdotum verò in animas, & super negotia supernaturalia, & Cœlestia. Vnde ait D. Iohannes Chrysostom. lib. 3. de Sacerdotio: *Habent quidem &*

ter-



terrestres Principes vinculi potestatem, sed corporum solum, id autem, quod dico, Sacerdotum vinculum ipsam etiam animam, atque ad Caelos usque pervadit, usque adeo, ut quodcumque inferuere Sacerdotes consecerint, illa eadem Deus superna-
ta habeat, ac servorum sententiam Dominus confirmet. Et Angelicus Dr. D. Thomas in 1. D. Petr. Epist. cap. 2. inquit: In novo testamento Sacerdotium præminet Regno, sicut spiritus corpori.

192. Nec est mirandum, quod Reges in gradu inferiori ad Sacerdotes collocemus, nec inde sufficienter Sacerdotij sublimitas digno scitur, cum solum inferatur, super omnia terrestria elevari; & hoc parum est, siquidem supra Cælestes Potestates extollitur. Idem S. Ioann. Chryostom. Sacerdotum cum Angelis collationem faciens, ait, eod. cit. lib. *Ijs datum est, ut potestatem haberent, quam Deus Optimus Maximus neque Angelis, neque Archangelis datam esse voluit; neque enim ad illos dictum est: quodcumque ligaveris &c.* Et Innocent. III. de pœnitent. & remis. cap. nova quidem, cum B. Virgine conferens inquit: licet *Beatissima Virgo Maria dignior, & excellentior fuit Apostolis univ. versis, non tamen illi, sed istis Dominus claves Regni Cælorum commisit.*

193. Hinc est, quod D. August. lib. de Ecclesiastic. dogmat. Sacerdotij altitudinem consideratione perlustrans, inquit: *O Sacerdos Dei, si altitudinem Cæli contempleris, altior es; si pulchritudinem Solis, & Stellarum, pulchrior es; si discretionem Angelorum, discretior es, solo Creatore tuo inferior es.* Et si potestatem consecrandi attendimus, ait S. Bernard. Senens. *Sacerdos suo ministerio transfert verissimum Corpus Christi de Empyreo Cælo ad ipsum Altare Sacrum.* Tom. 1. serm. 20. art. 2. cap. 7. Et S. Vincentius Ferrer. serm. 1. in festo Corpor. Christi *Sacerdos existens in terra habet potestatem, ut aperiat Cælos, & faciat descendere Filium Virginis in Altari in manibus suis.* Quapropter Philip. March. de Ordin. tract. 2. part. 8. cap. 9. num. 5. inquit: *Parum est*

Sa-

*Sacerdotes Angelos, & Archangelos, ipsamque etiam Beatissimam Virginem Mariam potestate præire; maius est, quod subijciam; ipsum etiam Deum, quo nihil maius excogitari potest, quodammodo præminet, siquidem Sacerdos potestatem habet à Cælo ad terram ipsum irabendi, quando voluerit, quoties voluerit, & ubicumque voluerit, obediens Deo voci hominis. Et pius quidam Doctor, quem suppresso citat nomi- Mansi in sua Bibliothec. tom. 4. discurs. 12. pag. muhi 71. Sacerdotes sic alloquitur: *circa Corpus Deificum Christi Iesu potestas vestra versatur, dum vestro sermone illud consecratur, dum præsens, quoties volueritis, sistitur, dum manibus tractatur quotidie in fidelium salutem, & alimentum; neque Corpus solum, sed & sanguis, anima, Divinitas, merita, & thesauri gratiarum eius vestre subsunt potestati, & per vos fidelibus communicanda, & dispensanda.* En aliqualem huius sacri ministerij sublimitatis delineationem.*

194. Igitur sæculares vallibus humilibus comparantur; Sacerdotes autem excelsis montibus; nam sicut ex collibus in valles, & loca infima aquæ dirivantur, ita in sæculares gratia, & dona Spiritus Sancti per Sacerdotes descendunt; idem Christus Dominus in monte duodecim elegit Apostolos, & inde ad prædicandum turbis descendit, significans dignitatis sublimitatem, ad quam Discipulos elevabat, & graduum humilitatem, in quibus turbæ manebant. Hoc autem parum est, nec sufficienter distantiam inter gradum humilem sæcularium, & sacerorum Ministrorum sublimitatem explicat. Uidetur autem aliqualem delineari posse in scala Jacob, de qua Genes. 28. vers. 12. & 13. *Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius attingens Cælum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scale.*

195. Hæc est similitudo prior Ecclesiasticæ Hierarchie, & Sacerdotalis dignitatis; siquidem, licet in hominibus, qui natura sua de terra sunt, & in terram ibunt, resideat; po-

testas



testas tamen quæ eis traditur, Cœlos transcendit; iuxta varia, quæ exercent ministeria, nunc vocantur Angeli, qui iussu Dei exequuntur, & ascendunt ad Deum per contemplationem, & descendunt ad homines per actionem, & prædicationem; ascendunt ad Deum, ut pias fidelium supplicationes, & necessitates præsentent; descendunt verò, ut scelera eorum annuntient, mandata Dei proponant, supplicia minentur &c. Nunc Dij appellantur, qui vices Dei gerunt, peccata remittendo, & reliqua Sacramenta in nomine Domini administrando, qui est principalis Author omnium, quæ faciunt; & ideo visus est in sublimitate scalæ; nam Dei nomen solum Sacerdotibus, qui in supremo gradu scalæ sunt, attribuitur. Apparuit etiam innixus scalæ, hoc est, Incarnato Verbo, quo mysterio Cœlum terræ unitum est; vel Christo in Cruce pendenti, ut ad rem nostram significaret, quod omnes divitiæ, & thesauri, quæ Christus per Incarnationem, Passionem, & Mortem suam nobis promeruit, & per ipsius merita dantur, hæc omnia per Sacerdotes, Christi Ministros, & dispensatores mysteriorum Dei hominibus communicantur: taliter, quod nostro modo loquendi, ut Deus ad homines descendat, innixus est huic scalæ, per quam Ecclesiastici ascendunt, & descendunt; quia propter maximam sui Charitatem, & immensam dignationem alligatus est, ut ita dicam, secundum providentiæ ordinariæ leges Sacerdotum intentioni, sine qua Sacramenta non fiunt, quæ sunt fontes gratiæ, quæ est participatio Divinæ naturæ; & per quam homo Deo unitur.

196. Ideo cum à somno evigilasset, ait: *Quàm terribilis est locus iste: Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Cœli*, hoc est Ecclesia Catholica Romana, quæ domus Dei est, in qua habitat, & eius Ministri, qui portas Cœli aperiunt, & descendere faciunt Deum ad homines per gratiam, & Christum sub Hostia sacramentaliter ponunt, & medio hoc Eucharistico Sacramento, & alijs, quæ fideles à Sacerdotibus accipiunt, introitus ipsis patet in Regnum Cœlorum, ut

in æternum summo bono fruantur; & etiam mane surgens Iacob tulit lapidem, quem supposuerat capiti, & crexit in titulum, fundens oleum desuper in signum Consecrationis, ut nunc quoque facit Ecclesia, quæ Altaria, & Tempia Sacra unctioe Deo dicat, & consecrat. Hoc supposito.

197. Apertior est intelligentia secundæ partis, quia cum Sacerdotium adeò sublimis, & Divina res sit, multum temporis infumendum est in ascensu, plures gradus necessarij sunt ad attingendam Summitatem, & ita inquit Trident. Synodus sess. 23. cap. 2. *Cum autem Divina sit res tam Sancti Sacerdotij ministerium, consentaneum fuit, quo dignius, & maiori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia ordinatissima dispositione plures, & diversæ essent Ministrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut qui iam Clericali tonsura initiati essent, per minores ad maiores ascenderent.*

198. Quod adeò vetus in Ecclesia est, ut à S. Caio, qui Diocletiani tempore passus est, lege sancitum fuisse constat ex cap. *Illud* distinct. 77. Et non solum iussit Ecclesia per gradus diversos ad Sacerdotium conscendi, sed etiam statuit, intervalla quædam esse inter unius, & alterius Ordinis receptionem, prout retrò visum manet, ut in eis possint Ordinandi scientiæ, & virtutum merita pro quolibet gradu, præcipue pro Sacerdotio, requisita acquirere, quod ita explicat Tridentin. d. sess. 23. cap. II. *Minores Ordines: per temporum interstitia conferantur, ut eo accuratius, quantum sit huius discipline pondus edoceri, ac in unoquoque munere iuxta præscriptum Episcopi se exerceant, ut in eis cum ætate vita meritum, & doctrina maior accrescat.* Ratio huius est, nam ut ait D. Bernard. *Nemo repente fit summus: ascendendo, non volando apprehenditur Summitas scalæ.* Et si aliquis volando ascendere velit, pro certò habeat, tentationem esse Diaboli, qui ad pinnaculum Templi ducit, ut inde altius præcipitet.



199. Plures igitur sunt gradus in Sacramento Ordinis, ad denotandum Sacerdotij altitudinem, & modum ascendendi ad eam, qui est, quem edocuit David, dicens: *Altaria tua Domine virtutum; ascensiones in corde suo disposui, ibunt de virtute in virtutem.* Scala Iacob, cui Sacerdotium assimilavimus, est ascensus ad perfectionem, inquit D. Basilius in Psalm. i. *culmen est charitas*, quæ est Corona Sacerdotum: gradus varij sunt; omnes tamen abnegationis, & renuntiationis; primus est abdicare terrena, vt cum Apostolis dicat: *Ecce nos reliquimus omnia.* Per hanc ianuam intrant Clerici primæ tonsuræ dicentes: *Dominus pars hereditatis meæ* & sese ad ascendendum per gradus vsque ad Sacerdotium disponendo. A Lapide cum alijs ait, quod hi gradus scilicet sunt incipientium, proficientium, & perfectorum. Intelligent ergo Ecclesiastici, quod Clerici primæ tonsuræ sunt incipientes: gradibus Levitici Ordinis initiati proficientes: Sacerdotes verò perfecti; non utcumque, sed ea perfectione, quæ est propria Sacerdotij altitudini talis dignitatis non impar, & consequenter multo maior, quam ea, quæ indiget Sæcularis, vt in statu suo dicatur perfectus.

200. Est etiam notandum, quod per hanc scalam solum Angeli ascendebant, quales esse debemus omnes Ecclesiastici, quantum fas est, puritate, & doctrina: nullus subsistebat, nec moram faciebat, & ratio est, inquit idem Cornelius cum S. Bernard. Epistol. 253. *Quia in hac vita inter profectum, & defectum nihil est medium, vt in rota, quæ voluitur, qui insidet; subsistere nequit, sed vel ascendat, vel descendat, necesse est.* Ut intelligamus, quod nec Sacerdotes quiescere, seu desistere debent à maiori perfectionis gradu acquirendo, siquidem optimus perfectionem cõservandi modus est conari indies magis, ac magis in virtutibus crescere.

201. Hinc colligere possunt, qui humilem fidelis populi gradum obtinent, quàm præsumptuosum sit velle Sacerdotij culmen festinantèr, & vt sic sciamus, volando attingere, & pro-

pròculdubio causa est, quia perfectionem, quam status, quem appetunt, requirit, non considerant: maiores esse desiderant, sed non meliores; & ita plùs deiciuntur, dum magis allevantur; siquidem vt dicebat D. Bernard. Epist. 27. ad Ardu. *Si altiore, & non meliorem esse delectat, non præmium, sed præcipitium expectamus.*

202. Omnia hæc epilogavit Hallier pag. 894. dicens: *Ordinatissima hæc ad Sacerdotium videtur ascensio, si singuli Ecclesiastici gradus per morosa temporũ intervalla conferantur; hæc sunt ascensiones, quas in corde suo iuxta Psalmistam Psalm. 83. disposui Dominus in valle lacrymarum, in loco, quem posuit; hæc scala Iacob, per quam Angeli ad Dominum ascendunt, quam si Angeli, si Beatissimi Spiritus, si Supernæ mentes non nisi gradatim, ascendere audent, quæ temeritate mortales fidelia vasa portantes, quæ faciunt invicem angustias, prætermisissis inferioribus gradibus, vno, vel pluribus statim ad eius summitatem adnitenur? eant potius de virtute in virtutem, de gradu in gradum, vt videatur Deus Deorum in Sion &c.*

203. Argumentum clarum suæ indignitatis est defectus propriæ cognitionis, aiebat D. Gregor. lib. 6. Epist. 4. ad Episcop. Constantinopolitan. *Prima virtus est cognitio infirmitatis; atque ex hoc colligimus, vos bene posse susceptum ministerium implere, quod hoc cognoscatis; ille omnibus infirmior, qui suam non cognoscit infirmitatem.* Sed hoc ipso, quod illi nec se cognoscunt, nec sublimitatem status, quem expectant, suspiciunt, eam ante oculos ponit Sanctissimus in hac clausula, vt tacitus quoque innuat cum D. Ambrosio de dignit. Sacerd. cap. 2. providendum, *ne sit honor sublimis, & vita deformis, ne sit Deifica professio, & illicita actio, ne sit gradus excelsus, & deformis excessus: nam quanto gradus altior est, tanto ruina gravior, idè igitur prærogativa honoris monstratur, vt congrua merita requirantur.*

204. Est etiam malum grande, quod aliqui ad excel-

sum



Cum huius dignitatis montem conscendere volunt, priusquam à spiritualibus morbis, quibus affecti sunt, sani fiant, immemores illius, quod ait D. Ambrosius in cap. 6. Lucæ, quod postquam Christus Dominus duodecim Apostolos elegit in monte, descendit, ut in humili, & inferiori loco curaret infirmos: *In excelsis enim infirmi esse non possunt; prius enim unusquisque sanandus est, ut paulatim virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem, & idem quemquam in inferioribus sanat, hoc est, à libidine revocat &c.* Infirmi itaque suam agnoscentes miseriam in gradu humili, & plano, ubi erat multitudo plebis, & turba Discipulorum, se continuerunt, nec permisit Christus, ut ascenderent, adhuc cum fide, & spe, quod curandi erant ab ipso, nam cum non solum verbis, sed & factis edoceret, voluit nos instructos relinquere, quomodo ad Sacrarum administrationum sublimitatem ascensuri eramus.

205. Et est hic amplius notandum, quod sicut ad hoc, ut, qui infirmus fuit, summitatem montis terat, non satis est, quod reliquerit eum febris, nisi iam perfectè convaluerit, & à reliquijs, quæ ex morbo manent, liber sit; ad quod mora temporis requiritur, quotiescumque salutis recuperatio omnino de miraculosa non fuit; ita quoque cum proportione, ut quis de gradu humili fidelis populi ad Sacrarum administrationum sublimitatem ascendat, non satis est, quod à morbis peccatorum suorum in Sacramento Pœnitentiæ curetur, sed indiget convalescere, & à reliquijs peccatorum purgari, hoc est, ab habitibus vitiosis, quæ in anima manent, licet iustificationis gratiam assequatur; nam hæc solum dicit oppositionem cum peccato mortali, non autem cum habitu peccaminoso ad illud inclinante. Tempore etiam ei opus est, ut robusticitatem acquirat, quæ virtutum exercitio comparatur; nam licet istæ simul cum gratia animæ infundantur, non tamen iustificati facilitatem, & expeditionem experientur, dum usque repetitis virtutum actibus earundem acquisiti habitus generantur, & contrarij vitiosi habitus destruantur; quod licet diversis terminis

minis, confirmat S. Bernard. de convers. ad Cleric. cap. 25: *Neque enim ubi ferrum extraxeris, continuo vulnus redditum est sanitati, sed tunc prius est adhibere fomenta, & operam dare curationi; nemo ergo sentinam eiciens, mundarum se protinus arbitretur; quinimo noverit se multis purificationibus egere, nec modo lavandum aqua sed & purgandum, & examinandum igne, ut dicat: transivimus per ignem, & aquam, & eduxit nos in refrigerium.*

206. Sed quid in hoc immoramur? Audiamus D. Ambrosium vb. sup.: *Omnes magni, omnes sublimes montem ascendunt. Non enim cuicumque Propheta dicit: ascende in montem excelsum, qui Evangelizas Sion :: non vestigijs corporalibus, sed factis sublimioribus in hunc montem ascende, & sequere Christum, ut ipse esse mons possis. Montes enim in circuitu eius.* Solum ergo sublimes montis sublimium operum gressibus penetrant; agnoscant se igitur humiles, & in infimo sæculi gradu se contineant, & si ad sublimitatem Sacerdotij ascendere cupiunt, renuntient omnibus, quæ possident, abnegent semetipsos, tollant Crucem suam, & sequantur per imitationem Christum, ut montes sanctitatis esse possint, & in circuitu Domini ministrantes ambulare.

Nota, quod huius clausulæ, quævis cum sæcularibus loquatur, debet etiam intelligi de omnibus ijs, qui characterem quidem Ordinum sive minorum, sive maiorum habent; adhuc tamen in gradu humili vitæ, & morum, quasi sæculares, commorantur, seu parvum, aut nullum in virtutibus fecere progressum.





QVI POST MUTATVM HABITVM SÆCVLA-
rem diuturna conversatione inter Clericos fuerint
comprobati.

107. Innovat explicitè (implicitè verò leges omnes à maioribus suis constitutas, quæ in hoc incidunt) in hac clausula Sanctissimus Decretum quoddam Concilij Roman. anno 1059. celebrati, quod sic se habet: *Nullus laicus ad quemlibet gradum Ecclesiasticum repente promoveatur, nisi post mutatum habitum sæcularem diuturna conversatione inter Clericos fuerit comprobatus.*

208. Salutaris huius Decreti finem expressit Innocentius I. Epist. 4. ad Felic. Nucernanum Episcop. cap. 5. ubi ita: *Tempora à maioribus constituta serventur, nec citò quilibet Lector, Acolytus, Diaconus, Sacerdos fiat, quia in minoribus officijs, si diu perdurent, & vita eorum pariter, & obsequia comprobantur, ut ad Sacerdotium posthac emensis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata meretur accipere.*

209. Pro intelligentia huius, & sequentis clausulæ de industria in hunc locum excepi, de fine, quem S. Mater Ecclesia à Spiritu Sæcto directa habet in interstitiorum legibus, agere quo declarato, clarior fiet intelligentia huius, & sequentis particulæ. Eruditus Hallier vb. sup. sect. 7. art. 6. §. 7. pag. 895, triplicem assignat, de duobus hic agam; de tertio particula sequenti, textum nostræ Bullæ, non seriem Authoris, observans. Primus igitur est, *ut qui ad Sacerdotium sunt per-*

pli-

plin a imbuantur, hanc vivendi rationem ineant, mores induant, & ad Ecclesiasticam regulam componantur; nec parvo tempore ad hoc opus est: si vè enim ab infantia aliquis militiæ Ecclesiasticæ nomen dederit, sensim ipsius animus ad hoc vitæ institutum formandus erit: quod, quia austerum, grave, & serium est adolescentum ingenijs, non potest non esse invisum; si verò grandæ vus iam aliquis Clericorum catalago annumeretur, tempore quoque opus est, ut laici mores dediscantur, nec enim est eadem vitæ ratio Clericalis, quæ laicalis.

210. Motivum hoc exprimit Trident. Synod. verbis sup. relat. sess. 23. cap. 11. *Ut in eo accuratiùs promovendi, quantum sit huius disciplinæ pondus, possint edoceri.* Et addit Hall. vb. proxime: *Nescio enim quomodo frequentius, imò ferè semper accidat, ut Ecclesiasticæ disciplinæ minus studiosi sint, qui ei innutriti non fuerint; parendi, & imperandi leges nesciant, qui numquam in inferioribus gradibus fuerint subiecti, minori splendoris totius Cleri desiderio teneantur, quibus Sacerdotij consecutio minus oporosa extiterit; uno verbo, disciplina Ecclesiastica non nisi longo usu paratur, doctrina præceptis comparari potest, disciplina vix nisi experientia, & exemplis; pondus enim disciplinæ nescitur, nisi ab eo, qui disciplinam subierit: hanc proinde disciplinam per intervalla temporum inter singulos Ordines diffinita hauriri voluerunt Sanctissimi Pontifices, propter hanc ediscendam Bracharense primum Concil. intervalla ista necessaria putavit; ob eandem rationem naturalis illorum necessitatem ostendit.*

211. Et est advertendum, quod aliqui dispensari se cum in interstitiorum legibus prætendunt, hac de causa præcise, quia ætatis sunt provecæ, quod idem est, ac quia serò de statu Ecclesiastico amplectendo cogitarunt, vel postquam sæcularibus officijs, seu negotijs implicati fuere: hoc autem probat, in istis futura esse longiora intervalla. Rationem insinuat Hallier locis citatis; quia duo illis agenda sunt; sæcu-

P

lares



EXPLIC. BVL.

116. lares mores dediscere, & oblivisci, est vnum; & disciplinam Ecclesiasticam ediscere, est aliud: & si ad hanc ediscendam longum desideratur tempus, & vita præfens brevis est, quid ad vnum, & aliud?

212. Primum comprobatur ex cap. 26. Num. vbi iussit Deus numerari omnes de populo Israel, quorum vires, & ætas arma sufferre poterant: *Numerate* (inquit Sacer textus) *omnem summam filiorum Israel à viginti annis, & supra cunctos, qui possunt ad bella procedere.* Eodem cap. vers. 26. loquendo de Levitis dicit: *Fuerunt omnes, qui numerati sunt viginti tria millia generis masculini vno mense, & supra, qui non sunt relictæ inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est.* Dubitat Oleaster: *Quid est hoc Domine, ut prophanos iubeas supputari à filio viginti annorum, & Levitas à filio mensis, nec vis eos inter seculares supputari?* Respondet ipse: *Vt nos doceas, quid intersit inter ministerium tuum, & ministerium mundi; paucis homo eget. ut mundo seruiat, multis verò, ut seruiat Deo suo; à pueritia discendum est, qualiter Deo seruias.*

213. Secundum probat autoritas Quintiliani lib. 3. memorabili cuiusdam Timothei exemplo confirmata: *Dedocendi onus gravius, ac peius, quam docendi; propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum, ferunt, duplices ab his, quos alius institisset, solitum exigere mercedes, quam si rudes traderentur.* Ex quo clarè comprobatur assumptum; nam, qui iam grandævi Ecclesiæ servitio dicari volunt, dedoceri debent sæculares mores, quorum habitus acquisierunt, & doceri Ecclesiasticos, quod in adultis maiorem habet difficultatem, quam in his, qui à teneris annis Clericalis vitæ propositum arripiunt; nam ex parte illorum datur maior resistentia, de quo plura exempla dabit experientia in scholis regularis disciplinæ, vbi passim est videre, novitios adultos difficillimè ritus, & cæremonias regulares ediscere, & sæculi consuetudines, quibus imbuti fuere, relinquere: præsertim, qui professi, seu novi-

PART. XIX.

117.

novitij fuerunt in alia Religione, a hinc in seculum, quæ ad quam transferunt, plura de prima conservant, quin facillè primos mores oblivisci possint, quia sicut vasa vinaria odorem primi liquoris, quo plena fuerunt, retinent, ita humanus animus mores, in quibus primò educatus est. S. Mater Theresia à Iesu plus amabat ad suam reformationem puellulas, seu fœminas nondum privatis deditas spiritualibus exercitijs, quàm eas, quæ peculiari, & certo vivendi modo assuetæ erant; quod suæ prudentiæ propriissimum erat; nam in tabula rasa facillè imago depingitur, quam in ea, quæ aliquibus coloribus, & lineamentis obsignata est. Ex quibus facillè colligitur assumptum, quod etiam confirmari poterat ex eisdem supra positis interstitiorum constitutionibus inter adolescentes, & grandævos distinguentibus.

114. Secundò ait Hallier: *Ad probationem Ordinariorum interstitia ista instituta sunt, nam (ut ait Hormisdæ Epist. 4.) Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur Ecclesiæ; (Greg. Epist. ad Syag.) cum scriptum sit, ut prius quis probetur, & sic ministrat, multo tempore probandus est, qui populi intercessor assumitur, ne fiant cause ruinæ populi Sacerdotes mali. Quod ipsum demonstrat Ioann. 8. Epist. 199. nullos ad Sacerdotium promoveri volens, nisi, qui in minoribus officijs sic diu perdurent, & vita eorum pariter, & obsequium comprobentur, ut per tempora à Maioribus instituta, comprobatis prius moribus, & bonæ vitæ meritis resurgentibus, ad summum Sacerdotium postmodum veniant.*

215. Totum hoc comprehendit Sanctissimus Iubens, eos solum ad Sacerdotium assumi, qui post mutatam habitum secularem, diuturna conversatione inter Clericos fuerint comprobati. Ut autem hoc verificetur, non sufficit, quod plures decurrerint anni, postquam Ecclesiasticæ militiæ nomen dedit, aut minoribus Ordinibus initiatus fuit, si habitu Clericali indutus, & tonsuratus non incessit, nec ut Clericus, nec inter



Clericos vixit; aliter enim nec pondus Ecclesiastici status edoceri, aut Clericali imbui disciplina potuerint; nec illorum mores adeo attentè observati erunt, vt dici possit, quod vita eorum comprobata est, & quod sunt *pietate, & castis moribus conspicui*, quales ordinandos in Presbyteros Trident. Synod. sess. 23. cap. 14. requirit.

216. Notandum est etiam, verbum illud *diuturna*, quod correspondet ad id, quod in Pontific. Roman. admon. ad Ordin. Presbyter. ab Ecclesia per Prælatum iussa fieri, ponitur: *Cum magno quippè timore ad tantum gradum ascendendum est, ac providendum, vt Cœlestis sapientia probi mores, & diuturna iustitiae observatio ad id electos commendet.* Et merito longa hæc vitæ observatio, seu comprobatio, & experientia exigitur; nam homines dignosci nequeunt paucis diebus: *Et creè stultitia est (ait Hall. vb. sup.) si credimus vno die sufficere ordinandorum vitam, mores, pietatem, docilitatem, ingenium, industriam, prudentiam, disciplinæ studium probari posse; cogitationes, & affectiones hominum magis in recessu posita sunt; nec nisi aliquo tempore perire queunt.* Quantum putamus Ecclesia conduceret, vt quicumque ad Sacerdotium aspirant, prius in inferioribus gradibus diuturno tempore accuratè probarentur, nam & indignos, & facinorosos, qui Ecclesia Dei offensionem futuri sunt, ac scandalo, probatio ista rejiceret, & ad malum proclives in officio conineret. *Quam multos suspicari debemus in eam, quam postea inciunt, vitiorum voraginem nequaquam casuros, si se multo tempore explorari nossent, si vel leviora sua peccata ad Antistitem deferri, si vel minimos defectus à Clero, ac populo notari adverterent; si sibi unicam ad Sacerdotium viam esse scirent, optimum vitæ testimonium, & virtutis egregiam commendationem.*

217. Hoc quidem experientia magistra constat, & ita sine dubio expedit maximè hæc diuturna probatio, in qua Ordinandi, quasi novitiatum ad Sacerdotium transigant. Et notari vellem, quod licet pro statu Religioso profitendo annus

tan-

tanti probationis statutus est, at tamen ad Sacerdotium plures requiruntur; ratio autem deduci potest ex D. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 8. in corp. *Per Sacrum Ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria, quibus Christo servitur in Sacramento Altaris, ad quod requiritur maior Sanctitas, quam requirat etiam Religionis status.* Ergò longiori tempore opus est & ad acquirendam eam, & ad experimentum faciendum, an ordinandus obtineat.

218. Sed non est minus efficax argumentum, quod Sacri Canones promiscuè Religiosos ad Ordines non admittunt, eo præcise, quod tales sint; sed eos tantum, in quibus qualitates, quæ in sæcularibus desiderantur, excepto titulo, seu congrua, inveniuntur. Et ita D. August. etsi excitatus forsitan eo, quod adhuc non sine incertore plurimorum experimur, dixit: *Ordini Clericorum sit indignissima iniuria, si desertores Monasteriorum ad militiam Clericatus eligantur, cum ex eis, qui in Monasterio permanent, non tamen, nisi probatiores, atque meliores in Clerum assumere soleamus; nisi fortè, sicut Vulgares dicunt, malus choraula, bonus Symphonicus est, ita iidem ipsi Vulgares de nobis iocabuntur dicentes; malus Monachus bonus Clericus est.* Nimis dolendum, si ad tam ruinofam superbiam Monachos surrigamus, & tam gravi iniuria Clericos dignos putemus, in quorum numero sumus, cum aliquando etiam bonus Monachus vix bonum Clericum faciat: Ergò longius debet esse intervallum temporis ad probandum Ordinandum, & idoneitatem eius ad Sacrum Altaris Ministerium agnoscendam, quam novitium experiendum.

219. Et licet alia non suppeteret ratio, sufficeret, quod novitij Religiosi vivunt in communi sub suorum Magistrorum disciplina, in toto anni curriculo in regularibus observantijs sese exercentes; & ita novitij disciplinam regularem ediscere, superiores, & Magistri eos tentare, & experiri valent vno annom elius, quam Episcopi suos Clericos pluribus, cum iam isti in communi non vivant, nec ministeria suorum Ordinum

ser-



EXPLIC. BVL.

servitio Ecclesiæ addicti, sicut primitus fiebat, exerceant. Sed tamen ratio prima efficacior est, siquidem licet DD. Episcopi secum habeant familiares, nihilominus ad Ordines eos promovere ipsis non permittitur, nisi per triennium completum secum commorantes probaverint, & experti fuerint.

220. Confirmatur amplius præfens SS. D. N. Innocent. Decretum ex scriptis per suum prædecessorem D. Greg. ad Syagrium, & alios Episcop. lib. 5. Epist. 110. refert. dist. 48. cap. 2. *Sicut neophytus tunc dicebatur, qui in illo S. nocte Fidei erat eruditione plantatus, sic modo neophytus habendus est, qui repente in Religionis habitu plantatus ad ambiendos honores Sacerdos irrepserit; ordinatè ergo ad Ordines accedendum, nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quarit ascensum; scimus autem, quod adificati parietes non prius signorum pondus accipiunt, nisi à novitatis sue humore siccentur, ne si antea pondera, quam solidentur, accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant.*

221. Sicut ergo D. Paulus neophytum, seu nuper ad Fidem, & Religionem Catholicam conversum à Sacerdotio excludit, ita vult S. Greg. ab Ordinibus maioribus arcendos Clericos neophytos, seu ad Religionem, & Divinum cultum, cui peculiaritè addicuntur Ecclesiastici, nuper conversos, seu destinatos, quoad usque diuturno tempore probati, & experti fuerint, postquam in signum suæ conversionis, seu dedicationis capillos deposuerint, & vestem mutarint, Clericalèque habitum assumpserint. Debent ergo ordinatè ascendere, & gradus non postponere, sed distantiam inter unum, & alium, hoc est, interstitia, ut Glosa explicat; observare; alitèr enim calculus, & ruina magna imminet non solum neophyti, ita celeritèr ascendenti, sed etiam Ecclesiæ, hoc est, creditarum sibi ovium, quæ super humeros recentis & novæ parietis, seu ligni nondum exsiccati imponuntur: id enim sunt Sacerdotes ordinati, antequàm in virtute consolidati, & diuturna inter Clericos conversatione comprobati fuerint.

PAR-

PART. XX.

121.

PART. XX.

AC MVLTQ TEMPORE DIDICERINT, QUAE postmodum alios docere tenentur.

222. Quod Sanctissimus in hac clausula iubet, ad providendum dirigitur, ne eveniat, quod Sacri Canones statim referendi in Sacerdotibus acriter damnant, & simul monstrandi, cuius rei operam dare debeant Ordinandi interstitiorum tempore, ut intervalla ista officiosè, & proficuè infumant. Duo ergo dicit; & teneri docere, & debere multo tempore prius discere, ut postea possint munus suum rectè ad implere. Pro cuius intelligentia.

223. Sciendum est, Presbyteri officium esse plebem docere, & corrigere, ut constat ex pluribus Canonibus collectis à D. Archiepiscop. Faraconensi cit. Epit. Iur. Canon. veter. lib. 6. tit. 10. quorum primus ex Concil. Lateranen. sub Innocent. III. cap. ult. post initium, desumptus, ita ait: *Sacerdotes, & alij Clerici, qui fuerint in exercitu Christiano, tam subditi, quam Pralati orationi, & exhortationi diligentèr insistant, docentes eos verbo paritèr, & exemplo, ut timorem & amorem semper habeant Divinum ante oculos, ne quid dicant, aut faciant, quod Divinam M. iestatem offendat.* Secundus ex D. Clement. Epist. 3. positus etiam in Decreto dist. 25. cap. 2. *Monita vitæ à Presbyteris inquirere oportet, à Diaconis verò Ordinem disciplina.* Tertius ex M. P. N. Isidoro lib. 2. de offic. Eccles. cap. 7. apud Aquisg. cap. 8. *In doctrina populorum, & in officio prædicandi Presbyteri consortes sunt cum Episcopis.*

224. Hoc ipsum constat ex pluribus textibus, quibus præ-



præcipitur, quod Sacerdotes sint litterati, & Sacramenta ministrare sciant; eod. Epit. lib. 6. c. 9. Greg. VII. in Concil. Roman. decrevit: *Presbyteri sint litterati, aliter enim quomodo erunt Magistri, qui non fuerint discipuli, aut qualiter scient docere gregem sibi commissum, & hortari? isti sunt canes non valentes latrare.* S. Anacler. Epist. I in medio: *Dicere omnes oportet, quos Domini Sacerdotio funguntur, ut cæteros instruant, & sibi proficiant.* S. Clemens Epist. I ad Iacob. Min. *Sacerdotes Dei doctiores esse oportere cæteris populis, doceret Christus dicens; quia sic cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.*

225. Totum hoc comprehendit Trident. sess. 23. cap. 14. ubi ita: *Qui pie, & fideliter in ministerijs antea tibi se gesserint, & ad Presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium, & hi sint, qui non modo in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesie utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint, sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessariam est ad salutem, ac ad administranda sacramenta, diligenti examine præcedenti, idonei comprobentur, atque ita pietate, & castis moribus conspicui, ut præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis possint expectari.*

226. Obligationem istam Presbyteris specialiter iniunctam, & necessitatem instructionis, & damna, quæ ex indignorum promotione oriri poterant, considerans Innocent. III. in Concil. Lateran. cap. 27. decrevit: *Cum sit ars artium regimen animarum districtè præcipimus, ut Episcopi promovendos in Sacerdotes diligenter instruant, & informant, vel per se ipsos, vel per alios viros idoneos super Divinis officijs, & Ecclesiasticis Sacramentis, qualiter eorum valeant celebrare, quoniam si indignos, & rudes de cætero ordinare præsumserint, quod quidem facile poterit comprehendere, & Ordinatos gravi decrevimus subiacere ultioni, &c.*

227. Nota, quod Pontifex animarum curam, & gubernationem

artem *artem* vocat, id est, artem primam, & præcipuam scitu difficiliorem, & quæ maiori pro praxi indiget dexteritate, & in qua plùs periculi erroris adest: artem quidem in se vnam, plures autem alias tanquam sibi famulas includentem, ne dicam, subalternantem: & nihilominus est, qui artem hanc sine studio, vel saltém sine Magistro edoceri præsumit, & si ediscere incipit, brevissimo tempore cogitat se peritum, & consummatum in arte Magistrum, cum tamen in addiscendis mechanicis artibus multum temporis, laboris, applicationis, & quandoque pecuniæ expendantur. *Quam stulti, ac cæci sumus, qui artem omnium difficilissimam Deum placendi, & homines regendi, nullo usu, & quam minima meditatione credimus comperari!* exclamat Nazianzen. orat. 3.

228. Ad hoc autem S. M. Ecclesia intervalla temporis inter vnius, & alterius Ordinis receptionem decrevit; unde ait Hallier vb. sup. pag. 897. quod aliud motivum (& est tertius finis) quare statuit Ecclesia, ut ordinandus per morosa temporum intervalla ad superiores Ecclesiasticos Ordines deducatur, est, ut ea, quæ sunt sui muneris, & Sacræ Religionis ediscat, antequam aliorum docendorum curam suscipiat; non enim solum Sacrorum doctrina imbuendus est, qui ad Sacerdotium destinatur, verum etiam praxim Sacri officij edocendus, quæ non, nisi diuturno tempore comparatur. Et Sacri Canones plurimum damnant præmaturas aliquorum promotiones, qui interstitijs non spectatis Magistrorum in Ecclesia locum, antequam discipuli fuerint, suscipere ambiunt.

229. Zozim. Pap. Epist. ad Isich. Episcop. relat. dist. 59. cap. 1. inquit: *Qui Ecclesiasticis disciplinis imbutus per Ordinem non est, & temporum approbatione Divinis stipendijs eruditus, nequaquam ad summum Ecclesie Sacerdotium aspirare præsumat, &c.* Et ad hoc similitudinibus explicandum progreditur, inquiens: *Si officia secularia principem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per singulos gradus examinatis temporibus deferunt, quis ille tam arrogans, tam im-*

Q

pudens



EXPLIC. BVL.

124
prudens invenitur, ut in Cœlesti militia, quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret, cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quam discere? Assuescat in Domini castris, &c. Eodem modo loquitur Cœlestin. Pap. cap. Ordinos 4. ead. distinct. ibi: Debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit: qui minimè litteris operam dederit, Præceptor non potest esse litterarum, qui non per singula stipendia creverit ad meritum Ordinem stipendij non potest pervenire: solum Sacerdotium inter ista, rogo, velius est, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur?

230. Dicent aliqui esse laicos virtutibus ornatos, & in his posse contrahi interstitia. Sed huic responsioni Hormisdæ Papa Epif. per Hisp. cōstit. Epist. 3. c. 1. rel. dist. 61. c. 3. præcludit viam, dicens: Non regamus esse in laicis Deo placidos mores, sed milites suos probatos sibi querunt instituta fidelium. Discere prius quisque debet, ante quam doceat, & exemplum religiose conversationis se potius alijs præstare, quam sumere. & mendaciorum esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo; longa observatione religionis cultus tradatur, ut luceat, & Clericalibus obsequijs erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradus summam perducatur, quis sit fructus humiliationis, ostendat. Quod convenit cum Glossa ordinar. in 1. Timoth. 3. ibi: Nescit momentaneus Sacerdos humilitatem &c. addit in arrogantiam (quæ est ruina Diaboli) incidunt, qui puncte horæ, nedam discipuli, fiunt Magistri. Id ipsum dixerat Pont. Innocentius distinct. 61. cap. 9. Miserum est eum Magistrum fieri, qui numquam fuit discipulus, & ita licet laicus in virtutum exercitio sit versatus, interstitia tamen debet observare, ni velit salutem aliorum, & suam expræpropera, & festina Ordinatione periclitari.

231. S. Greg. lib. 7. reg. Epist. 110. rel. dist. 59. cap. 3. confirmat hoc assumptum gravissimis verbis, siquidem detestabiles vocat similes celeres promotiones. Hoc ad nos pervenisse

PART. XX. XXX

125

nisse non dissimili dignum dejectione, completimur, quod quidam desiderio honoris inflati defunctis Episcopis, tonsurantur, & sunt repente ex laicis Sacerdotes, ac in verecundè religiosi propositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quod isti subiectis præstaturi sunt, qui ante quam discipulatus limen attingant, tenere Magisterij locum non formidant? Qui de re necesse est, ut quamvis inculpati quisquis sit meriti ante tamè per destinatis Ordines, Ecclesiasticis exerceatur officijs. Videat quod imitetur: discat quod doceat: informetur, quod teneat; ut postea non debeat errare, qui oligitur viam erranti demonstrare. Notat hic Glossa, quod semper præsumitur, quod in fraudem receperit Ordinem, qui subito recipit, licet benemeritus sit. Et hæc fortasse ratio inter alias movit Patres Concil. Trid. ad decernendum, ne capitula Cathedralium Sede vacante litteras dimissoriales expedirent intra annum, nisi beneficia arctata obtinentibus.

232. Sed adhuc replicant alij, dicentes, quod S. Ambrosius, S. Nicolaus, S. Severus, & alij repente fuerunt ad Sacerdotium elevati. Respondet tamen Gratianus 2. part. sum. dist. 61. Sciendum est, quod Ecclesiasticæ prohibitiones proprias habent causas, quibus cessantibus, cessant & ipse. Et dum omnes, qui prætermisissis, seu dispensatis interstitijs festinant, tunc volunt ordinari, vocationem Divinam, talenta, & virtutes eorum haberent, sustineri posset replica: sed non coheret virtus cum ambitione.

233. Est quidem magnum discrimen: præfati sancti erant humillimi, & apud se habebantur indigni adeo sublimis ministerij, & restiterunt, quantum valuerunt, & conquesti sunt, quod ipsis non esset concessum tempus discendi, quod alios edocturi erant. S. Ambrosius meminit suæ consecrationis Epist. 82. ad Vercellens. & ait: Quam resistebam, ne ordinarer! postremo cum cogerer, saltem ordinatio protelaretur! sed non valuit præscriptio, valuit impressio: Si dicitur Ordinatio deficit, vis cogentis est; si non, est humilitas.

Q2

com-



EXPLICAT. BVL.

126. *competens Sacerdotio, ubi causa non hæret, vitium non imputatur. Et lib. 1. cap. 1. de offic. inquit: homines discunt prius, quam doceant, & ab alio accipiunt, quod alijs tradant, quod ne ipsam quidem mihi accidit: ego enim de Tribunalibus, atque administrationis infulis ad Sacerdotium raptus docere vos cæpi, quod ipse non didici; itaque factum est, ut prius docere inciperem, quam discere; discendum igitur mihi simul est, & docendum, quoniam non vacavit antè discere.*

234. S. Augustinus, tantus ille vir, & qui prius (Possidonius eius vita) per triennium ferme orationi, & lectioni vacans secesserat, quam Presbyter fieret, qui adversus Academicos, & Manichæos, & pro illustratione Catholice Religionis, ac disciplinæ, multos iam omni eruditione refertos libros conscripserat: hic tamen cum Presbyteratus onus formidaret, inducias saltè petijt in sequens vsque Pascha, quo instructior fieret ad Sacerdotij munus capesendum. Fusè querimonias eius, atque exostulationem continet libellus eius supplex, seu Epistola ad Valerium (quæ est 148.) cum ad Presbyteratus susceptionem vrgeretur, digna quidem, ut ab unoquoque in Episcopum, Presbyterum, seu Diaconum ordinando perlegatur; ubi officia ista, & periculosissima, & Beatissima prædicavit (refertur dist. 40. cap. 7. ante omnia peto &c.) *Quis autem iste sit modus, ne à pueritia, nec ab adolescentia didici; & eo tempore, quo discere cæperam, vis mihi facta est merito peccatorum meorum (nam quid aliud existimem, nescio) ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram; sed arbitror Dominum meum me sic emendare voluisse, quod multorum peccata nautarum, antequàm experius essem, quid illic agatur, quasi doctior, & melior reprehendere audebam; itaque, postquam missus sum in medium, tunc sentire cæpi remeritates reprehensionum mearum quamquam, & antè periculosissimè iudicari hoc ministeriū; & hinc erant lachrymæ illæ, quas me fundere in Civitate, Ordinationis meæ tempore, nonnulli fratres animadvertunt.*

235. EO.

PART. XX.

127.

235. Eodem modo exostulat Sidonius lib. 5. Epist. 3. APollinari tan eleganter, quam piè, & humiliter, quod è laicali vita ad Sacerdotalem euectus discendi spatium non habuerit: *Ego autem infelix conscientia mole depressus, vi febrim nuper extremum salutis accessi, ut porè, cui indignissimo tradita professionis pondus impactum est, qui miser antè compulsus docere, quam discere, & ante præsumens bonum predicare, quam facere, tamquam sterilis arbor, cum non habeam opera pro pomis, spargo verba pro folijs. Idem repetit in concion. post Epist. 9. lib. 7. Priusquam ulli bonorum reddam discens obsequium, cogor debere cæteris docentis officium.*

236. Hinc ergò quodnam fieri valet argumentum pro his, qui vel temerè, aut superbè, aut nescientèr ad Ordines celeritèr evehi ambiunt, intervallis non servatis? Sed noluit Concil. Nicæn. cap. 2. sine remedio hoc relinquere; consultò ergò statuit: *Quoniam multa, sive per necessitatem, sive ex quacumque causa contra regulam gesta sunt, visum est de cætero nihil tale fieri. distin. 48. cap. 1.*

237. Omnes istos Canones instaurat N. Sanctissimus Pater in huius clausulæ verbis: *Ac multo tempore didicerint, quæ postmodum alios docere teneantur.* Siquidem idem est, ac si diceret Sacerdotes tenèri docere populum, & sic ad docendum inhabiles promoveri non debere: & cum nullus Magister peritus sit, nisi antè discipulus fuerit, non esse initiandos, qui multo tempore sedulam operam navando non didicerint, quæ postmodum alios sunt edocturi; nam hæc doctrina plurimum studium, praxim, & experientiam requirit. Cum autem Ecclesia ad hunc, & alios præfatos fines temporum interstitia instituerit, tacitè quoque innuit Ordinandis Noster Beatissimus Pater, quod interstitiorum tempus in addiscendo apprimè Sacerdotali officio tenendum.



128.

EXPLIC. BVL.

nendum est. Si hoc advertant, breve eis videbitur: ars enim longa est; nec audebunt interstitiorum dispensationem petere, quod idem est, ac pro consummatis Magistris haberi, nec indigere eo tempore ad discendum.

238. Tempus igitur istud ad addiscendas theoreticæ, & practicæ virtutes, ritus, & ceremonias Ecclesiasticas conceditur: ut Ordinandi quoque in operibus pietatis se exercent, & documenta suæ probitatis præbeant, ut disciplina Ecclesiastica, lege Domini, & mysterijs Religionis nostræ imbuantur: vno verbo: ut lectioni, & orationi vacent, & Cœlestem illam acquirant sapientiam, quam diximus exigi ab Ecclesia in Ordinandis Presbyteris, simul cum probis moribus, ac diuturna iustitiæ observantia.

239. Si intervalla huiusmodi temporis istis intentis operibus Ordinandi expenderent, Ministri Ecclesiæ Angeli essent puritate vitæ, & doctrinæ, sicut officij dignatione. Sed contrā accidit; sumus enim homines, & minus, ne dicam belluæ. Causas assignat Hallier, pag. 897. n. 3. cit. A. *At nunc nescio, quæ illusoria Concilij interpretatione reperias quosdam interstitiorum gnaros, & sedulos observatores, qui tamen tota ista tempora effluere sinunt, non pietatis incremento, non doctrinæ uberioris acquisitione, non disciplinæ studio eadem impendunt: cum tamen frustra inier singulos Ordines temporum intervalla serventur, nisi per ea in omni virtutum genere, sed præsertim in Ecclesiastica disciplina agnitione, & sacrorum officiorum usu, atque doctrinâ Ordinandi provectiores evadant.* Non igitur interstitia observare sufficit, si tempus in eo, ad quod destinata sunt hæc intervalla, non insumitur; & idè inquit hic Author, non bene iudicare Prælatos, si cogitant adimpleri Concilij legem factæ primo, nisi totis viribus enitentur, ut etiam observetur secundum.

PAR.

PART. XXI.

129.

PART. XXI.

CÆTERVM PER EA IPSA INDVLTA, QUÆ super præmissis pariculis quidem, ac ex certis tantum, & magis rationalibus causis concedere decrevimus, contraria quavis illorum interpretatione penitus improbata.

240. Causæ certæ, & magis rationales, ad quas iustissime Sanctissimus Indulgentiarum de extra tempora concessionem limitavit, leguntur sup. part. 14. in Decretis, quæ ibi ad litteram posita sunt: maior autem earum rationabilitas facile dignoscitur, quia vel procedunt ex motivo studiorum, & graduum in Universitate approbata, quæ supponunt, vel fundamentum præbent ad iudicandum, adesse sufficientiam peculiarem in talibus laureatis, quorum promotionem utilem fore Ecclesiæ sperat Sanctissimus; vel ex motivo servitij Ecclesiæ, &c. In causis ætatis, & solatij Parentum senio confectorum, seu quinquaginta annis maioribus, additur conditio, quod per triennium Oratores in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerint, quod includit esse in disciplina Ecclesiastica exercitatos, & à suis Prælati probatos. &c. Et sic de reliquis discurre possit.

241. Solummodò noto, quod ponitur etiam alia restrictio, scilicet, *non esse concedenda Indulta pro festivis diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio arbitrio Ordinarij definiendo.* Cuius limitationis, præter supradicta, sunt aliæ congruentes rationes. Primò, ut in illis diebus medijs Ordinandus exercitijs spiritualibus vacet, ac se præparet ad novi Ordinis receptionem, Secundò, ut ita cres-



130.

EXPLIC. BVL.

crefcant magis amor Ordinis recipiendi; defideria enim dilata crefcunt. Tertió, vt fic etiam plurius æftiment, quod recipiunt, dum difficilius illud confequuntur; ea enim eft conditio hominum, vt facile vili pendant, quod fine difficultate, labore, aut pretio funt confequuti. Similes congruentiæ rationes affignant aliqui, vt inter fponfalia, & Matrimonium mediet ad minus proclamationum tempus, vt ita inter fponfos foveatur, & augeatur amor, & æftimatio pignoris, cuius poffeffio illi differtur: quod potiùs militat in noftro cafu. Vndè in terminis ait Tiraquel. de iur. primegen. quæft. 17. opufc. 1. num. 9. *Vt tantum, & admirabile Evangelicum Sacerdotium debita reuerentia fumant, meritò ftatum fuit in Ecclefia Dei, ne ftatim illud accipiant; ne parvi habeant Sacerdotes Domini, quod non fufpirarunt prius dilatatum.*

PART. XXII.

*SALVTAREM ILLAM, QUAM SACRIGENERAL
Concil. Trid. Decreta de non Ordinandis ad Patrimonij titulum, nifi illis, quos Epifcopi pro neceffitate, vel commoditate fuarum Ecclefiarum affumendos indicauerint, præfcribunt, ne quaquam relaxatam intelligi.*

242. S. Trident. Concilium feff. 21. de reformat. cap. 2. *Statuit: Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari poft hanc non poffint, nifi illi, quos Epifcopus indicauerit affumendos pro neceffitate, vel commoditate Ecclefiarum fuarum, eo quoque prius per fpecto, Patrimonium illud, vel pensionem verè ab illis obtineri, taliaque effe, quæ eis ad vitam fufteftandam fatis funt. In hoc Decreto permittit Sancta Synodus,*

PART. XXII

131.


nodus, vt DD. Epifcopi promovère aliquos poffint ad titulum Patrimonij, aut pensionis perpetuæ, fi neceffitati, aut vtilitati fuarum Ecclefiarum ita iudicaverint expedire; & cum alijs adiectis conditionibus de veritate talis Patrimonij, & fufficientia eius ad victum ordinati.

243. Examen huius Patrimonij fpectat privativé ad Epifcopum S. Cong. Concil. in Placent. 16. Martij. 1630. apud Barbof. in collectan. Bull. verbo *Patrimonium*; & notat Marchin. de Ordin. tract. 2. part. 6. cap. 7. num. 2. *Ad titulum Patrimonij vel pensionis, quem non effe facile promovendum, fed prærequiri quafi quãdam difpenfationem ex pia causa ortam; vndè Trident. d. feff. 21. cap. 2. de reformat. docet: Ad titulum Patrimonij, vel pensionis illos solos effe ad Sacros Ordines evehendos, quos Epifcopus iudicaverit pro neceffitate, & vtilitate fuarum Ecclefiarum, qua non extante, neq; illos admittere debet, et fi admittat, contra Concilij mentem id agat. Hinc Navarrus de temp. Ord. Conf. 14. num. 2. in noviff. edit. refert: fe Pintia vidiſſe denegatam cuidam facultatem ad Sacros Ordines ascendendi, quod beneficij titulo careret, etiam fi Patrimonium fcutorum trecentorum poffideret. Id ipfum tenet Barboffa de offic. & potestat. Epifc. part. 2. alleg. 19. num. 53.*

244. Exemplar autem à Navarro adductum in Hispania fingulare non eff; ſiquidem communitér DD. Epifcopi non admittunt ad titulum Ordinum Patrimonia, quantumvis pingua, vel quia Hispanorum pietas, vltra beneficia plurima, quamplurimas quoque Capellanas fundavit, & ita non indigent DD. Epifcopi præfata permiſſione, vt neceffitati, & vtilitati fuarum Ecclefiarum confulant; vel quia experientia aliarum Diœcefum, vbi Patrimonia admittuntur, ipfos edocuit, magis expedire viam huic medio occludere; nam quotidie ad fuas Diœcefes declinant Clerici ex alienis, qui cum in ſuis Ecclefijs congruam ſuſteftationem non habeant, coguntur foràs divertere, vt, quomodò vitam tráſigere valeant, quærant:

R

ad



EXPLIC. BVL.

ad quod, vel mendicant, vel sæcularium personarum seruitio sese submitunt, vel in Indias, non animarum lucro inhiantes, sed negotiationis, & temporalis suæ necessitatis causa transferunt.

245. Unde Prælati sibi persuadent, fraudulenta, & ficta esse talia Patrimonia, vel in toto, vel in parte, quantum vis scripturis, & testimonijs comprobata: ad minus, ad hunc titulum ordinatos regulariter nulli Ecclesiæ Diocesis, ubi ordinantur, deservire: siquidem necessitate compellantur exire de ea, & ad aliam petere, ubi non sit tanta copia Clericorum, vel sit adeo pinguis, ut proprios, & alienos Clericos sustinere valeat.

246. Sed quia in Brevibus de *extra tempora* aliqua clausulæ ponuntur, ubi de Patrimonio sit mentio, ut sunt: *Tu, qui et asseris Sc. cupis Sc. ad titulum Patrimonij tui ad id sufficientis, seu perpetui Beneficij Ecclesiastici, quod, ut etiam asseritur, possides, quamocius promoveri Sc. Et postea tibi Sc. ut ab Ordinario tuo, & sub dicto titulo Sc. & tunc tunc prius, quod tu Patrimonium Sc. vere, & realiter, & pacifice possideas, illiusque fructus ad congruam tui sustentationem sufficere, promoveri Sc. licite valeas Sc. concedimus;* Et exinde forte aliqui inferebant, seu inferre poterant, Sanctissimum concedere, ut ad Patrimonij titulum, etsi Beneficium nullum possideret, ordinari posset; quin opus esset arbitrio sui Episcopi iudicantis, ita expedire necessitati, aut commoditati suæ Ecclesiæ, ad form. Trident. d. sess. 21. de refor. cap. 2. providè monet Apostolicus, has clausulas generales esse, & de stylo solum apponi ad cõprehendendũ vnum, & alium titulum, ratione cuius Orator initiari valet; attamen mentem suam nullatenus esse saltarem illam disciplinam à Tridentin. præscriptam relaxari, sed immo potius in suo vigore manere, & eius observantiam Episcopis commendare, ut maximè attendant titulos, quos admittunt pro ordinandis in Sacris: *Cum non deceat eos, qui Divino ministerio adscripti sunt cum Ordinis dedecore mendicare,*

PART. XXII. XXIII.

1331

care, aut sordidum aliquem quæstũ exercere, compertumq; sit, complures plerisque in locis ad Sacros Ordines nullo ferè delectu admitti, qui varijs artibus, ac fallacijs confingunt se Beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere. Trident. vb. sup. sess. 21. Videatur etiam Episcopus Vrgell. Opus. sac. cap. 15. §. 2.

PART. XXIII.

QUINIMO NEC VNQUAM AD INDULTA HUIUSMODI exequenda Episcopos ipsos arctare, sed illorum executionem arbitro semper eorumdem Episcoporum, quorum conscientias hac in re strictissimè oneratas volumus, prorsus relinquere declaramus.

247. Episcopus Vrgell. citatus, cap. 10. Opusc. Sac. agendo, quod DD. Episcopi non possunt prætere excusationem in promotione indignorum ex eo, quod isti afferant Indulta de *extra tempora*, & quod solum debent attendere ad Tridentinum, & ad id, quod in ipsis Indultis eis iniungitur, ita inquit: Es passion muy ordinaria de los hombres, querer seguir la comun vereda de los demás, y si fuera solamente en lo que es razonable, pudiera passar; pero el mal es, que se figuen en lo que no lleva justicia, ni razon por aquella via ancha, y espaciosa, que (como dize Christo) guia à la perdicion. Nadie quiere tomar el trabajo que se passa por la via estrecha, que guia à la vida eterna. Todos afectamos anchuras de conciencia, que favorecen nuestra inclinacion, y apenas ay alguno, que quiera negarse à si, y reducirse à la Cruz, que se passa en la observancia de la ley.



248. cc Esta es causa de graves daños en los hombres,
cc como con la luz de la razon conoció aun Seneca, siendo
cc Gentil. Entre las causas de nuestros males, dize él (Epist.
cc 123.) vna es, que no nos guiamos por razon, sino que nos de-
cc xamos llevar de la costumbre. Y es tambien la causa, por-
cc que muchos de los señores Obispos no toman con el rigor,
cc que debieran, la doctrina, que enseñan los santos Padres, ni
cc las Leyes de los Canones Sagrados. Dizen que basta seguir
cc la via comun; que vemos, que los demás Obispos sin ef-
cc crupulo alguno ordenan à todos con solas muestras de cien-
cc cia, y de alguna virtud; que no examinan con tanto rigor la
cc vida, y costumbres de los sugetos: que basta que no se fe-
cc pa cosa escandalosa; que lo demás es escrupulizar; que en
cc la Curia Romana, y Nunciatura sin dificultad despachan
cc Buletos de *extra tempora*, *intra tempora*, y suplementos
cc de edad à quantos los piden, y que por consiguiente, parece
cc ser éssa la mente del Pontifice, que aya muchos Clerigos,
cc Y à este tono se alegan otras muchas razones mas aparen-
cc tes, que verdaderas, y llenas de piedad.

249. *Format postea obligationem Episcoporum in hac parte, & addit:* Despues de esta doctrina assi dicha en gene-
cc ral se debia responder à las particularidades referidas; pero
cc porque en el discurso de este tratado se responde copiosa-
cc mente à todo, me detendré solamente en lo que se alega de
cc la facilidad, que ay en los despachos, y Buletos, de *extra*
cc *tempora*, *intra tempora*, y suplemento de edad en la Curia
cc Romana, y Nunciatura. Et §. 2. cui titulum præfigit: cuy-
cc dado, con que se deben executar los Buletos Apostolicos, y
cc examinar los sugetos que los traen para ordenarse; ait: Es
cc verdad que el Papa, y Nuncio Apostolico conceden muchos
cc Breves à quantos los piden; mas este argumento en nada es
cc contrario à la doctrina referida; porque con estos Breves
cc no fuerçan los Pontifices, y Nuncios à los Ordinarios à
cc que con ellos solos se determinen à ordenar; antes bien dif-

pen-

cc pensando solamente en el tiempo, y en la edad disponen,
cc que en lo demás de ciencia, virtud, y costumbres se obser-
cc ve lo dispuesto por el Santo Concilio Tridentino con la
cc clausula: *Et dummodo Orator idoneus reperiatur*, que
cc se entiende en todo lo demás, que pide el Concilio (vti
cc in margine pluribus citatis auctoribus comprobatur.)

250. cc Además de esto, tambien se debe advertir, si
cc es verdadero el motivo del pretendiente, con que ha procu-
cc rado la dispensacion; porque el Papa, y el Nuncio, fiandolo
cc de los Ordinarios, no se meten en, si son verdaderos, ò fal-
cc sos, como por las mas vezes lo son; porque el motivo, que
cc toman, es, que tienen gran fervor de devocion al Sacramen-
cc to, tal amor al Sacrificio de la Santa Missa, que no sufre las
cc dilaciones del Sagrado Concilio; esto, pues, es lo que se dexa
cc para examinar tambien al Obispo, y si bien lo miramos,
cc como debemos, verèmos, que esto alegan vnos sugetos sin
cc devocion, sin amor à Dios, y sin particular virtud, sin fre-
cc quencia de los Sacramentos sin afecto à las Iglesias, y
cc cosas Sagradas; antes bien de ordinario son gente derrama-
cc da, necesitada, que por interèses de ganar la vida, fingen q̄
cc tienen vna devocion phantastica sin obras, que la acompa-
cc ñen. O si se entendiera, y supiera bien, que es fervor de
cc devocion! solo puede bien saberlo el, que por experiencia
cc lo tiene; porque, como dize San Bernardo, serm. 79. la len-
cc gua de el amor, y devocion, es barbara, es ignorada para
cc quien no ama, ni fuere devoto. Y lo mas ordinario es, que
cc los que se quieren ordenar, si son muy devotos, por muy
cc humildes, son encogidos, y se sienten indignos de llegar à
cc la mesa de los Angeles, y dessean mas dilacion, para mejor
cc prepararse; veneran por esso lo que está santamente orde-
cc nado por el Tridentino, y no afectan dispensaciones, ni
cc privilegios, como gente, que no se reconocen, que lo me-
cc rezcan.

251. cc Por todas estas razones debemos atender mu-
cho



EXPLIC. BVL.

cccho los Obispos, á quien ordenamos con estos Buletos, y
cc no moyernos de facil á creerlos; por sus obras los avemos
cc de examinar (Math. 7.) y averiguar. Y no le será facil á
cc qualquiera Obispo, si no pide tiempo, y luz à Dios, facar
cc en limpio la verdad. Pero quan al contrario se platica oy
cc entre los Prelados! por el mismo caso que traen Buletos, y
cc dispensaciones, pensamos, que no avemos de cuidar de mas,
cc sino ordenar, y mas ordenar, porque nos persuadimos, que
cc el Papa, ó Nuncio lo haze; y por no contristar á los sugetos,
cc ó no frustrarles los gastos, que han tenido, nos compade-
cc cemos de ellos, no atendiendo á que la maior piedad está
cc en negar los Ordenes á los, que no se reconocen llamados,
cc y con los requisitos necesarios, que son menester para ser
cc idoneos Ministros de Dios. *Hucusque Urgell. Præla-*

252. Videtur Beatissimus Pater Noster ante oculos ha-
buisse, quod Zelotypus iste Pastor scriptum reliquerat; sed
vt nulli ambigendi locus maneret, hæc ita esse, hoc est, Sanctif-
simum non arctare Episcopos ad executionem Indultorum, nec
examen præmittere narrativæ ob Oratore exhibitæ, illud Ordina-
rijs Indultorum executoribus remittendo, licet in his Brevi-
bus non sint clausulæ apponi solitæ in alijs: *Si ita est: si ita esse
compereris: si preces veritate nitantur,* &c. nec ad Episcopos
dirigantur Indulta, sed ad ipsos Ordinandos: declarat nunc
Beatissimus Pater, Sanctam Sedem Apostolicam non arctare
Episcopos ad huiusmodi Indulta exequenda, sed illorum exe-
cutionem arbitrio semper eorumdem Episcoporum, quo-
rum conscientias hac in re strictissimè onerat, relinquere!

253. Quod idem est, ac si diceret; quod quamvis suffice-
ret, quod S. Trident. Synodus Concilij Calchedonensis vesti-
gijs inhærendo supponit, & iubet, neminem debere Ordinari,
qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, ac necessarijs suæ Eccle-
siæ sess. 23. cap. 16. & nullum promovendum esse vigore cuius-
vis rescripti generalis, aut specialis, nisi testimonialibus sui
Ordin-

PART. XXIII.

Ordinarij litteris fuerit commendatus ead. sess. cap. 8. vt qui-
libet indè Prælatu agnosceret, Sedem Apostolicam materiam
Ordinum arbitrio prudenti Prælatorum prorsus relinquere, &
supponere, quod Prælatu proprius, qui indultum sit exequu-
turus, aut testimoniales litteras (dimissoriales exprimunt Bre-
via, quæ nunc expediuntur) sine quibus Indultum vires ple-
nas non habet, concessurus, examen præmitteret de omnibus re-
quisitis in promovendo; nihilominus, vt nullus dubitet de mē-
te Sanctissimi, nec prætendat excusationes relatas á D. Epif-
copo Urgellensi, exponit Sanctissimus liberam huiusmodi
Indultorum executionem in manibus esse Prælatorum, quo-
rum conscientias strictissimè onerando suam exonerat D. N.
Papa, vt ita, si Oratores requisiti á Tridentino non polleant
dotibus, aut motiva exposita suæ Beatit. vera non fuerint,
seù diversa ab eis, ad quæ decrevit Sanctissimus, moderari
concessionem; vel supplicantes gratia concessa digni non fue-
rint; sed contrà expedire iudicaverint, protrahi interstitia, &
ordinationem; Episcopi executionem differant toto tempore
ipsis bene viso, pro comperto habentes, rationem de Ordini-
bus datis, seù dilatis, ipsos, & non Sanctissimum Deo reddi-
tuos. Vndè colligitur, Episcopos ante executionem

debere omnia hæc exactè exami-
nare. *Et*



PAR:



138.

EXPLICAT. BVL.

PART. XXIV.

SPERANTES IN DOMINO, EOS, QUI IUXTA

Apostoli monitum, nemini citò manus imponendas esse
probè norunt.

254. Locum hunc Apostoli 1. ad Timoth. 5. expendit pro suo modo D. Monserrat. Opus Sacr. cap. 12. §. 3. & licet non ita esset, nihil tamen ego dicere audèrem, siquidem Sanctissimus solùm in memoriam revocat Episcopis, quod supponit, probè nosse: nec aliud cogitari potest, siquidem Scripturarum Sanctarum scientia, tam præcipuus est ornatus Prælatorum, quam ipsa cingens tempora Mytra, cuius duo acumina, seu extremitates novi, & veteris Testamenti notitiam denotant: vel quàm Crux pectoralis, quæ Summi Sacerdotis veteris Legis Rationali respondet, in quo sculptæ erant duæ dictiones: *Doctrina, & veritas*. Quare Sanctus Hilarius lib. 8. de Trinit. dixit: *Summa omnium virtutum Episcopaliuum est scientia, & doctrina*. Et Theophilat. in 1. Paul. ad Titum: *Doctrina est virtus, & Character Episcopi*.

PART. XXV.

SIBI, ET VNIVERSO GREGI ATTENDENTES,
in quo eos posuit Spiritus Sanctus regere Eccle-
siam Dei.

255. Hic est alius locus Apostoli ad Timoth. & alios
Epif.

PART. XXV.

239.

Episcopos Ephesi, velut in Metropoli, congregatos: *Attende vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*. Act. 20. v. 28. Pro Dominis Episcopis nihil est dicendum, ipsi enim probè norunt, quid hæc verba significant. Pro nostra verò doctrina non omit- tam advertere, applicationem huius loci ad subiectam mate- riam maximè eam commendare; siquidem tantum valet, ac si diceret, quod attendentes summa cura, & vigilantia huic muneri imponendi manus, seu præficiendi Ecclesijs dignos, at- que idoneos Ministros, ostiumque Sacramenti Ordinis præ- cludentes indignis, sibi, & universo gregi consulent.

256. Et re verà exaggeratio non est: consulent igitur si- bi, quia remunerationè à Deo accipient ex promotione bono- rum, & damnationem æternam, propter indignorum ordina- tionem, & plurima alia peccata, quæ inde initium sumunt, imminentem vitabunt: attendent sibi, quia Ordinati, non oneri, sed levamini, & adiumento ipsis erunt, & cum eis plures ex Pastoralibus curis dividere, orationique, lectioni, ac prædi- cationi liberius vacare poterunt. Consulent sibi, quia magnam capient consolationem, gaudioque replebuntur, fructus, qui in suæ Diocesis agro ex arbutis illis manu propria plantatis, colliguntur, agnoscentes; & è contra molestias, quæ ex dis- colorum scandalis, impudicitijs, inobedientijs, inquietudini- bus, & pravitatibus sequuntur, cum ad aures Prælatorum deveniunt nuntij, non præsentient. Acquissimè S. Bernardus exa- cerbationes, quas patiuntur Episcopi à Clericis discipulis, eorum negligentia, & incuria attribuit, quia prius non behè dispi- ciunt, quos promovent, nec curant disciplinare, & corripere Clericos iuvenes, qui educantur ad Sacerdotium: ita igitur scri- bit S. Ep. 152. ad Innocent. Pap. *Insolentia Clericorum, cuius mater est negligentia Episcoporum, ubiq; terrarum turbat, & molestat Ecclesiam. Dant Episcopi Sanctum canibus, & margaritam porcis, & illi conversi conculcant eos. Merito quales fovent, & sustinent. Quos ditant Ecclesia bonis, non corrigunt*
S
eorum



EXPLIC. BVL.

140.
eorum mala, malosque gravati portant: Ergo sibi consulent, si attentè, super quos manus imposuerint, prospiciant.

257. Attendent quoque vniverſo gregi; quia nullum maiùs ipsi possunt impendere beneficium, quàm constituere bonos Clericos, & Pastores, qui verbo, exemplo, & oratione pascant. Undè per Ierem. cap. 3. v. 15. inter alia beneficia, quæ offert Deus Ecclesiæ, inquit: *Et dabo vobis Pastores iuxta cor n eum, & pascent vos scientia, & doctrina.* A lapide ibi: *Magna enim pars felicitatis populi est, bonos habere Pastores, & Rectores:* nec maiùs damnum inferre, quàm malos promovère Ministros; nam vitium, aut virtus Ecclesiastici non ipsum tantum afficit, sed in omnem populum redundat. Inviçtus Imperator semper Augustus Carolus V. solebat dicere (apud Cornelium à Lapide.) ex tribus P. deducere, virtutem, aut vitium cuiusque populi, hoc est, attendendo, qualis Prætor, Præceptor, & Parochus. Quod fundatur in illo Eccles. 1. *Qualis Rector est Civitatis, tales & inhabitantes in ea.*

258. Evangelicus Propheta Isaias cap. 1. v. 5. & 6. postquam dixit: *Omne caput languidum, & omne cor mærens,* omni alio membro innominato, addidit: *à planta pedis usq; ad verticem non est in eo sanitas.* Ex primo infertur legitime secundum. Undè Innocent. Papa. III. serm. 1. de Consecrat. Pontif. inquit: *Si caput fuerit infirmum, totum corpus languidum erit.* In capite, & corpore Reipublicæ Duces, Pastores, & Sacerdotes, seu gradus superiores, & inferiores Ecclesiæ significantur: si ergò hæc membra sana non fuerint, quomodo non erit languidum corpus?

259. S. Ioannes Chrysoſtom. seu Author operis imperfect. hom. 138. bonum, vel malum, quod ex Ecclesiasticis provenit, duabus comparisonibus explicat: prima est stomachi, cuius vice funguntur quoque Ecclesiastici in corpore mystico Ecclesiæ, & ait: *Sicut in corpore si aliquod infirma-*

2476

PART. XXV.

141.

tum fuerit membrum, non omnino languet & stomachus; si autem stomachus languescit, omnia membra inveniuntur infirma; sic si aliquis Christianorum peccaverit, non omnino peccant Sacerdotes; si autem Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus convertitur ad peccandum. Secunda est arboris, cuius radici comparatur Sacerdotium, cum ex eo omnis humor vitalis gratiæ in ramos derivetur, & inquit: *Vidit arborem pallentibus folijs marcidam, & intellexit studiosus Agricola, quia læsuram in radicibus haberet; ita cum videris populum indisciplinatum, & irreligiosum, sine dubio cognosces, quia Sacerdotium eius non est sanum.*

260. Notat S. Isidor. Pelusiot. lib. 2. Ep. 121. quod in Levitico iussit Deus tantum pro Sacerdotis, quantum pro totius populi peccato offerri, scilicet vitulum, & ait: *Non idem est laicum peccare, quam Sacerdotem; idque ex lege præcipue constat: tantum enim ea pro Sacerdote peccante Sacrificium offerri præcipit, quantum pro vniversa plebe, quod si par non esset peccatum, idem vtrique Sacrificium minime indixisset.* Innocent. Pap. loc. cit. aliam deducit consequentiam: *Undè conijcitur, quod peccatum Sacerdotis totius multitudinis peccato coæquatur, quia Sacerdos in suo peccato totam facit delinquere multitudinem.*

261. Ruinam hanc populi ex promotione indignorum procedentem mente volvebat S. Leo (Epist. 87. rel. cap. *Miramur.* dist. 77. cit.) cum dixit: *Non est hoc consulere populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen; integritas enim præſidentium salus est subditorum.* Et planè quidem loquendo constabit hæc veritas; vniverſo, scilicet, gregi attendere, qui de bonis ordinandis Ministris accuratè providet. Nam certum est, quod licet Episcopus sit Pastor præcipuus, seu Pastorum maximus, qui in eminenti suæ sedis vrbe collocatus superintendit toti gregi, ac cunctos suæ Diocesis populos specularur, quos etiam suis aptè temporibus visitat, & còminùs circumspicit; cæterùm Pastores immediati, qui du-

S 2

cunt



EXPLIC. BVL.

141. cunct oves ad pascua Sacramentorum, pietatis operum, & spiritualium exercitiorum, qui doctrinæ sale supra firmissimam Ecclesiæ petram reficiunt, & à vetitis avertunt pascuis, contra lupos latrant, ipsisque latratibus oves monent, ut sese à luporum moribus subducant, Presbyteri sunt, atque Ecclesiastici singulis Parochijs præpositi: si hi fuerint negligentes, incuriosi, muti, accidia, seu ignorantia laborantes, sinent oves abire, quò velint, aquas putridas, & venenatas bibere, in vetitis pratis pasci, à lupis denique devorari, Et si istud mali oritur ex omissione, quid putamus eventurum ex scandalis perversorum? Cum Pastor per abrupta gradiatur, consequens est, ut ad præcipitium grex feratur, inquit S. Gregorius.

262. Si Ecclesiastici non sunt periti spirituales Medici, quis peccatorum morbos, affectiones, & vulnera curabit? Si ipsi virtutum opera non faciunt, nec orandi studium habent, quis ea docebit, nec exercébit? si ipsi cupidi, negotijs implicati, prophani, mundo, & vitijs dediti, luxuriosi &c., quid erunt sæculares? si sunt ignorantes, quomodo lucebunt in hoc caliginoso mundo, qui ut lucerent, & tenebras fugarent, super candelabrum Ecclesiæ positi sunt? si orationi non vacant, quis orabit pro miseris populis, calamitatibus oppressis? vno verbo, Parochus, Confessarius, Ecclesiasticus quilibet carnalis, seu temporalis, quem fructum populo afferet? contra verò, si spiritualis, doctrina, & zelo repletus, Ecclesiasticis curis, & religioni addictus, in oratione assiduus fuerit, quid non boni Christiano gregi cumulabit? testem invoco experientiam.

263. Inferat inde quisque, num bonum, & salus univ. si gregis ex dignorum, aut indignorum, qui eum ducere, & pascere debent, promotione pendeat. Quapropter dixit S. Bernardus: *Misera Sacerdotum conversatio Dominicæ plebis subversio est. Undè cum bona vita, & conversatio Sacerdotum plerumque oriatur ex bona electione eorum ad Ordines, inde fit, quod ex bona vel mala electione Sacerdotum oriatur vel edificatio, vel subversio totius populi.* Ap. Auctor.

diurn. Sacerd. cibi cons. 18,

PART.

PART. XXVI.

143.

PART. XXVI.

REVERENDA IPSIS SPIRITIBVS ANGELICIS
ministeria ab hominibus sine consideratione apprehendi
numquam permissuros.

264. Præcavet Sanctissimus in hac particula, ne eveniat eius avo, quod de suo lugebat S. Bernardus inquit: *Curritur passim ad Sacros Ordines, & Reverenda ipsis Spiritibus Angelicis ministeria homines apprehendunt, sine reverentia, sine consideratione. Nec enim signum Regni occupare Cælestis, aut illius timent gestare Coronam, in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia: sed & iniquitas, & luxuria etiam principatur; in quibus & pessima forte apparet intra parietes abominatio, si iuxta Ezechielis Prophetiam, parietes fodiamus, ut in domo Domini videamus horrendum.* De convers. ad Cleric. cap. 29.

265. Notètur, quod Sacra Ecclesiæ ministeria vocat Reverenda ipsis Spiritibus Angelicis, quia & Angeli reverentiam exhibent Sacerdotibus. Dilectus Evangelista S. Ioannes procidit ad pedes Angeli, qui ei Divina Mysteria monstrabat, ut adoraret; nec permittitur Angelus dicens: *Vide ne feceris, conserous tuus sum.* Apocalip. 15. v. 10. Plures huius renitentia causas assignant Expósitores. Earum una, ait Cornelius cum Viegas, fuit; quia Ioannes erat Sacerdos, & Pontifex habens potestatem consecrandi Corpus Christi in Eucharistia, & absolvendi reos à peccatis in Sacramento Pœnitentiæ, ac proinde dignior erat Angelis, qui utraq; hac potestate carent.

Hac



EXPLIC. BVL.

144. H ac etiam de causa Angelus Custos devoti illius Ecclesiastici, quem S. Franciscus Salesius in prima, quam habuit, Ordinatione, Presbyterij honore donavit, dum novus Sacerdos ab Ecclesia exiret, honoratiorem locum, quem antea admittebat, recusavit, Præsbyteroque cessit.

266. Nec solum honores istos Angeli recusant, Sacerdotibusque loco cedunt, sed ipsi ministrant, dum Sacra faciunt Sacerdotes, ipsosque reverentur, ut sapius videntur S. Basilius, & S. Ioannes Chrysostomus (refert. in eorum vitis) vestibus albis indutos, nudis pedibus incedentes. Idem testatur S. Augustinus sup. Psalm. 77. *Sacerdos enim hoc ineffabile conficit mysterium, & Angeli conscientiam assistunt.* Ibid. n. 4. *super hoc tam insigni privilegio stupet Cælum :: veneratur quamplurimum Angelica celsitudo.* Et S. Gregor. Nazianzen. orat. 12. *Num tibi expertis honoris videtur hoc Sacerdotium, quod ipsi quoque Angeli purissimi Dei cultores venerantur, tamquam ipsorum cultui minimè impar?* Hoc supposito

267. Quis est, qui verò flagret Ecclesiastico zelo, & non doleret, si videret, tam miserandam candidatorum Ordinum ambitionem, & irreverentiam, qua Sacra tractarent veneranda ministeria, dignam planè efficacissimo remedio? *curritur* (inquit D. Bernardus) & exclamat Petrarcha de remed. vtriusque fort. lib. 1. Dialog. 170. *O vertigo morum pessima! ad quod olim consueverant, & debèrent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt.* Ita plurimi Sancti fecerunt, è patria discedentes, inter sylvarum saltus, & cavernarum latibula sese occultantes, ut Sacerdotium fugerent; qui tamen, Deo vocationem suam miraculis comprobante, ad Ordines recipiendos coacti sunt. Augusta etiam lex præscripsit: *Sacerdotio indignum esse, qui non fuerit initiatus invitus. l. si quemquam. Cod. de Episcop. & Cler.*

268. *Curritur*, inquit iterùm, quia aliqui ita properant ad receptionem Ordinum, quod si à Prælati non detinerentur, quantum ex se est, vno die, vel saltè quantocius omnes Ordines

nes

PART. XXVI.

145

nes reciperent: Et hos quidem magis apprehendunt, quam accipiunt, sine reverentia, sine consideratione, nec præparatione; & cum ipsis dominantur quamplurima vitia, audent tamen sublimiorem occupare dignitatem, Regalis Sacerdotij Corona ornari, & sceptrum potestatis maximæ, quam Deus creaturis donare dignatus est, occupare: cuius igitur est eorum audaciam, & temeritatem reprimere, nisi Episcoporum? ita quidem confidit Sanctissimus, ideoque ait: *Sperantes in Domino &c. sine consideratione apprehendi non permisuros.* Ubi nota, specialem mentionem de consideratione fecisse, spiritualia exercitia, quæ ex Decreto SS. Domini N. Innocentij XI. Sanct. mem. ad hunc finem præcedere Ordines debent, maximè commendando. Adverte quoque, honorem maximum, qui Sacerdotio debetur. Discant ergò homines revereri, quos Angeli sic honòrant. Agnoscamus & nos dignitatem nostram, Sanctisque, ac dignis seniorum moribus exornare studeamus, nemo nos despiciat, aut adolescentiam nostram contemnat: ne ve vlli ministerium sanctum nostrum vituperandi ansam tribuamus.

PART. XXVII.

NEC TEMERE PRÆRIPI PASSVROS, QUÆ
vita probata dumtaxat accipere
promeretur.

269. Verba ista conformia sunt constitutioni D. Innocent. 1. Epist. 4. ad fœlicem Episcop. Nucernan. sup. num. 208. positæ, quæ concludit: *Nec præripiant, quod vita probata meretur accipere*: quorum intelligentia constat ex dictis part. 15. 16. 17. & 19, solummodò noto, quod Ordines indignè, sine

me

meritis, vel ante tempus debitum recipere ambire, potest oriri, vel ex temeritate, vel ex stultitia. Undè de his loquens Hallier inquit pag. 898.: *Quos quidem ego nescio temeritatis, ne potiùs, quam stultitiæ redarguam: nam ut recte ait Nazianzenus (orat. 1.) alias docere aggredi priùs, quam ipsi satis edocti simus, ac figulinam, ut dici solet, in dolio docere, hoc est, in aliorum animabus pietatem meditari, & exercere, valde stultorum, aut temerariorum hominum esse videtur: stultorum, si ne insipientiam quidem suam agnoscunt; temerariorum, si cum eam cognitam habeant, hoc tamen negotium aggredi non verentur.* Vtrumque ergò præcavet Sanctissimus in hac Bulla. Providet stultitiæ in partic. antecedenti per *ly sine consideratione*; nunc autem temeritati consulit per *ly nec temerè*. Et nota, hoc debere intelligi etiam de dignis; nam ut ait Gloss. cap. *Si quis* 115. *Caus. 1. q. 1. Etiam licet valde dignus sit, non temerè effrenata temeritate, sed irrepida deliberatione onus Sacerdotij debet subire.*

270. Vox *præripi*, dicit nò solum anticipatè, sed violentèr aliquid sumi. Violentia autem in præsentiarum alia excogitari nequit, quam nimix, & importunæ preces, interpositiones potentum, amicorum rogatus, suffragantes litteræ, & alia similia, quæ moralitèr violentiæ æquivalent. Contra hæc muniri debèt Prælatus, eiusque Ministri, in memoriam frequentèr revocantes, quod ait S. Greg. Homil. 4. in Evang. relat. 1. q. 1. cap. 124. *Sunt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen Sacros Ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis solummodò retributionem quærunt. Hi nimirùm, quod gratis acceptum est, gratis non tribuunt: quia de impenso officio Sanctitatis nummum expectant favoris &c.* (Videatur P. Suar. lib. 4. de Simon. cap. 40. n. 13. Castr. Pal. de Sim. disp. 3. punct. 3. n. 8.) & Innocent. 1. Epist. 6. *Episcopi dumuat, amicis, aut obsequentibus gratiam præstare nituntur, religionem violant, Ordinesque corrumpunt; ac sic evenit, ut indigni quique honores*
sus.

suscipiam Ecclesiasticos, & admittantur ad Clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere mererentur. Insuper S. Hieronymus (in cap. 1. Epist. ad Titum, refert, 8. q. 1. cap. Qui vos) manifestum est, eos, qui Apostoli lege contempta Ecclesiasticos gradus non merito voluerint alicui conferre, sed gratia, contra Christum facere.

271. Propter hæc S. Greg. varijs Epistolar. suar. locis meminit huius moniti ad Episcop. scribens. Epist. 55. li. 4. ad Ioan. Episcop. Corinth. inquit: *Oportet ergò, ut neque per commodum, neq; per gratiam, aut quorundam supplicationem aliquos ad Sacros Ordines consensatis, vel permissatis addici: nam & peccatum, sicut diximus, grave est, & sine correptione hoc nò patimur remanere.* Idem commendat Episcopo Columba lib. 2. indict. 11. Epist. 47. *Nulla sit in Ordinatione venalitas, potentia, vel supplicatio personarum, nihil adversus hæc, quæ prohibemus, obtineant; nam proculdubio Deus offenditur, si ad Sacros Ordines quispiam non ex merito, sed ex favore (quod absit) aut venalitate provebitur.*





EXPLIC. BVL.

PART. XXVIII.

OMNES IGITUR, ET SINGVLOS CVIVSCVM-
que tandem gradus, Ordinis, & dignitatis fuerint, quibus
ex huius Sanctæ Sedis gratia Sacros Ordines præfatos extra
eadem tempora conferendi, vel alijs, ut illos sic conferre
valeant, indulgendi potestas fieri consuevit, cum Divinos Or-
dines largiri districti semper esse iudicij oporteat, seri moni-
tos volumus, ut præscriptos sibi desuper in suis quiqui facult-
tatibus terminos religiose custodiant, nec eos cuiusvis
consuetudinis, aut exempli prætextu ullatenus
transgrediantur.

272. Hæc clausula dirigitur ad Nuntios Apostolicos,
& alios, cuiuscumque Ordinis, gradus, & conditionis fuerint,
quibus S. Sedes Apostolica, Ordines extra tempora prædicta
conferendi, vel alijs, ut sic conferant, licentiam dandi gratiam
facere consuevit, quos monet S. Beat, ut præstitutos sibi in
suis facultatibus terminos religiose custodiant, seù non exce-
dant, quin eos alicuius consuetudinis, seù exemplaris præ-
textu transgrediantur. Cõmunis huius ratio esse potest, quia hæ
concessiones, seù privilegia sunt contra ius commune, & ita
districtè, cum omni rigore, & proprietate interpretanda, seù
intelligenda sunt. Præterquam quod id ita expedit ad modera-
tionem abusu in collatione Ordinum, & disciplinæ, Ecclesias-
ticæ consistentiam, quam Sanctissimus per expeditionem hu-
iusmodi Bullæ intendit.

273. Additur: *Cum Divinos Ordines largiri districti
semper esse iudicij oporteat.* Quæ verba desumi videntur ex
cap. *Si officia secularia* distinct. 59. ubi Zozimus Papa, men-
tionem

PART. XXVIII.

149.

tionem agens de causis, quare sint plures Clerici, quam oporteat, inquit: *Facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorum Sc. quibus aliud præstare non possunt, Divinos Ordines largiuntur.* Quod oportet districti semper esse iudicij. Quod exponi potest, & de iudicio, maturitate, & prudentia, quæ in materia Ordinum gravissima, & cuius leges strictissimè obligant, cautissimè procedendum est, quin quisque laxiorem sibi vendicet licentiam, quam, quæ sibi à Sede Apostolica, cui hæc materia reservata est, concedatur: de qua maturitate, & prudentia videtur intelligendum, quod dixit Nazianzenus Epist. 1. *Divinos Ordines largiri oportet districti semper esse iudicij, quia rarum est omne, quod magnum est.* Et potest exponi de severissima ratione, quæ in supremo Dei iudicio districtè exigetur, cuius tremor utilissimus est, & efficacissimus ad continendum quemque, ne terminos sibi permisos transgrediatur; præcipuè si in memoriam revocet, quod de S. Leone Papa refert Baronius ad ann. Chrifti. 461. & plures alij.

PART. XXIX.

VERVM QVO IMPENSIUS APOSTOLICÆ GV-
bernationis curam, & cogitationes in hæc intendimus, quæ
maiori cum animi nostri dolore ex quamplurium Venerabi-
lium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episco-
porum in diversis regionibus existentium delatis
ad nos querelis acce-
pimus.

274. In huiusmodi verbis dat Sanctissimus Prælati do-
cumentum practicum valdè utile, scilicet, quod quanto magis
superiores super creditas sibi res intenti vigilaverint, tanto plu-



EXPLIC. BVL.

ra remedio dignissima comperient; nam, qui sibi persuadet in hominibus peccata non esse errat, ac si incultam terram spinas, & tribulos non germinare cogitaret. Non est locus, nec personarum status culparum immunis, ait S. Bernard. Angelus in Cælo, Adā in Paradyso, Judas in Apostolatu a Domino defecerunt. Culpas non agnoscere non probat multoties non esse, sed potius negligentiam maximam in investigandis eis adesse sapienter arguit. Viri spirituales, quò plus proficiunt, tantò plures in se defectus inveniunt, quod non procedit ex eo, quod tunc peccata plura committant; sed quia maiori a Deo luce perfusi, vigilantiorique cura puritatem suæ animæ inquirentes, & zelantes, plura de novo advertunt, quæ antea, vel incuriosi, vel minus attentè non videbant.

275. Hæ dicta sunt ad explicandum, quomodo Sanctissimus quò impensius curas, & cogitationes suas in omnia superioribus particulis commendata intendit, eò plura quotidie inimicorum malignari intellexerit.

276. Videtur quoque Sanctissimum ante oculos habuisse, quod scriptum reliquit eruditus Hallier pag. 28. ibi: *Vtinam in hac se palastra Rom. Pontif. Divina auctoritas exerceat, ut si qui inferiores Pontifices a recto disciplina Ecclesiastica procuranda studio defleant, moneat, horietur, corripiat, corrigat.* Id ipsum, etsi Ecclesiasticorum ego minimus cupio. *Nec iniuriam (verbis vtor Hall.) nostro seculo facere videbor, in quo disciplina Ecclesiastica, quæ prius omninè emarcuisse videbatur, pientissimorum Episcoporum cura cernitur aliquantulum restorere, si tamen dixeris, vix illud Gregorij Magni seculo, in quo tot Sanctissimi Pontifices cæteris ad normam erant, & exemplum; tot Synodorum Canones ad regulam concedebantur, esse comparandum. Si ergo seculo illo Gregorius multa circa Ordinationes reperis corrigenda, non dubium est, quin plura seculo præsentè, si in hoc negotio attentiores esse voluerint, Summis Ecclesiæ Romanæ Pontificibus emendanda occurrant.*

PART. XXIX.

277. Accepit Sanctissimus fraudes, & abusus in Ordinum collatione vigentes ex quamplurimum Prælatorum querelis. Ad aures quoque Sanctissimi pervenerunt querelæ subditorum, qui de suis Episcopis suspensionis pœna fraudes suas punientibus conquerebantur; sed hi malè ordinati gratas aures non invenerunt, nec a suspensione soluti fuerunt; Prælati verò remedium providum in futurum datum est. Unde hoc discrimen? quia Beatissimus Pater, non tantum querelas audivit, sed ponderavit; vel eis non attendit, sed rationi querelarum. Uidit autem, hanc pro Episcopis, non pro suspensis stare, & idè illorum æstimavit; horum contempsit, & bene omnia fecit.

278. Nuntij autem abusuum maximo Beatissimum Patrem dolore affecerunt, quia zelo, & amore flagrat, & damna ex fraudibus in Ordinatione commissis Dominico gregi imminencia prospicit; & etiam, quia cum Pastor Summus vigilantia, & rectitudine toti Orbi notis se gerat, ad sui imitationem alios Pastores tali exemplo non provocari, sine mœstitia audiri non valet.





EXPLIC. BVL.

PART. XXX.

GRAVIORA QUOTIDIE MALIGNARI INIMICVM

in sancto sacrilega, scilicet, illorum impudentia in dies crescente, qui propria salutis immemores Clericales Ordines sibi forsàn à proprijs Præsulibus denegatos, seu quos aliquibus Canonicis sibi obstantibus impedimentis denegari meritiò verentur, ab alienis Episcopis, non quæ Iesu Christi, sed eas, quæ ad ipsos non pertinent, oves in animarum suarum perniciem quarentibus, nec toti Canonicas damnationes contra usurpantes alienæ plebis h. minem latas perborrescentibus, absque suorum Prælatorum commeatu, hoc est, dimissorijs, commendatijs ve eorum litteris destituti, qui in eis inscijs, & sæpe etiam inuis, sub minus legitimis Beneficij Ecclesiastici Originis, demicilijs, seu etiam familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Episcoporum commensalitatatis quasitis titulis in Sacrarum Legum fraudem,

& contemptum illegitimè suscipiunt.

279. Hæc clausula, etsi longa, visa est non dividi, cum factum contineat, quod Sanctissimum ad expeditionem præsentis Bullæ pro tot malorum remedio permovit. Aliqua tamen verba singulatim notabo.

280. *Graviora quotidie malignari inimicum in sancto.* Alludit ad Psalm. 73. v. 3. vbi loquens Regius Vates de malis, quæ prævidebat, facturum Antiochum, vt volunt alij; vel Romanum Populum, vt alij sentiunt, inquit: *Leva manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto.* Ad litteram inimicus est Antiochus, vel Romanus

PART. XXV.

153.

us Exercitus; mysticè verò *Diabolus, vel malus Prælat* tus interpretatur. Hug. Card. ibi: *In sancto, id est, in Templo Dei, quod est Ecclesia.* Intertituleal. *Sacerdotio, vel Sacramentis.* Damna, quæ fecit Antiochus in Templo, describuntur 1. Mach. 1. & ab Hug. Card. in Psalm. varijs Ecclesiasticis gradibus applicantur. Vide ibi, & etiam Lorinum in hunc locum, qui ait, Lateranense Concilium sub Martino 1. secretar. seu consult. 5. hunc textum allegoricè de hæreticis intelligere. Sanctissimus Parens adaptat malis, quæ ex suggestione Dæmonis in collatione, & receptione Ordinum in Ecclesia fiunt, vt statim explicat, *Sacrilega &c.*

281. Nota, quod ait: *graviora, & non multa,* vt communiter textus citatus exponitur, quia licet innumerabilia fermè sint damna, quæ à Gentilibus, & Hæreticis passa est Ecclesia, graviora tamen sunt mala, quæ ex Ecclesiasticortum sacrilegijs oriuntur. Unde per Hieremiã cap. 11. ait Deus: *Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* Et advertit Hug. à S. Charo, quod idem est, qui in Psalmo prædicto dicitur *inimicus,* & apud Hieremiã vocatur *dilectus.* Et combinatio facilis est, quia pravus Ecclesiasticus locum tenet *dilecti, & opera facit inimici.* Et hoc est, quod plus aggravat nostras culpas; quapropter sui sæculi Hieremiã, S. inquam, Bernardus serm. ad Clerum in Concil. Rhemens. congregatum, comparationem ad nostrum propositum faciens, ait: *Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis advenit: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece Martyrum, amarior post in conflictu Hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum.* Domestici autem peculiaritè sunt Ecclesiastici.

282. Potest etiam comparativum *graviora* intelligi respectivè ad prima damna, & fraudes, quæ initio fortè non adeo gravi erant; ea tamen negligentibus aliquibus Prælatibus, nec ad Sedem Apostolicam, vt de opportuno provideret remedio, deferentibus, graviora, vt accidere solet, facta sunt; quia ferò

me-



EXPLIC. BVL.

medicina parata est, in dies morbi crevesunt, quod insinuante
verba illa: *impudentia in dies crescente.*

283. *Ab alienis Episcopis, &c.* S. Trident. S. nod. sess.
14. de reform. cap. 2. meminit similibus excessum ab Episco-
pis, quos Titulares vocant, commissorum; sed hic videtur
etiam de habentibus Clerum, & oves loqui N. B. P. ad minus,
quoad hoc, quod est, Ordinare alienos Clericos sub minus legi-
timis titulis, & inscijs, ac saepe invitis, proprijs Prælati. Et
sub hoc quoque nomine comprehenduntur Abbates, Priores, &
Vicarij, qui in suis territorijs separatis, iurisdictione quasi Epif-
copali fungentes, vel dimissorias ad Ordines alienis Clericis sub
minus legitimis titulis dedere, vel in territorio proprio ab Epif-
copis Titularibus ordinati permisere.

285. *Nec tot canonicas damnationes contra usurpan-
tes alienæ plebis hominem lasas perhorrescentibus.* Possunt
istæ videri dist. 71. & 72. & caus. 9. quæst. 2. decret. & cap. eos,
qui de tempor. Ordin. in 6. & in Epit. Iur. Canon. vet. cit.
lib. 4. tit. 50. & 51. & lib. 40. tit. 7. & in Trident. sess. 6. cap. 5,
sess. 14. cap. 2. & sess. 23. de reform. cap. 8. præter Bullas Pon-
tificias, de quibus postea. *Alienæ plebis homo* dicitur, id est
Dioecesis non propria vir: vnde comprehenditur nondum ton-
suratus; non enim dicitur *alienæ plebis Clericum*, sed *homi-
nem*.

285. *Dimissorijs, commendatijsve eorum litteris.* De
antiquitate, distinctione, formula, usu litterarum, quæ for-
matæ, communicatoriæ, dimissoriæ, commendatiæ, Eccle-
siasticae, Clericæ &c. dicebantur, agunt præcipue Francisc. Tur-
rian. lib. 3. pro Epist. Pontif. Card. Baron. tom. 2. ad ann. Christ.
142. num. 6. tom. 3. ad ann. Christ. 345. num. 162. Francisc. Ber-
nard. Ferrer. in tract. de antiquo. Eccles. Epist. gener. Marchin.
tract. 1. de Ordin. part. 6. cap. 1. & alij.

286. *Quinimo eis inscijs, & saepe etiam invitis, contra
dispositionem Iurium, & Canonum citatorum.* Et licet ita
non esset, debent tamen participes effici, non solum ob mu-
tuam

IN PART. XXX.

155.

tuam vicem, quam sibi reddituri sunt Prælati, sed principaliter,
vt testimonium de vita, & moribus subditorum suorum, qui
diuturno tempore intra terminos suarum Dioecesium habitaverunt,
& aliquando ipso Ordinationis tempore domicilium habebant,
darent; & ex quo ita factum non est, quid aliud sequi poterat,
quam indignos, & scandalosos ad Divina ministeria assumi, cum
maximo populorum domicilij scandalo, quibus plus noti, quàm
Episcopo Ordinanti, erant.

287. *Sub minus legitimis Beneficij Ecclesiastici, Ori-
ginis, Domicilij, seu etiam familiaritatis &c. titulis.* S. Tri-
dent. Concil. sess. 23. de reform. cap. 8. iubet, vt *unusquisque à
proprio Episcopo ordinetur.* Vt autem subditus alicuius Præ-
lati ad effectum suscipiendi Ordines quisque fiat, tres sunt titu-
li in iure communi assignati cap. *Cum nullus* de tempor. Ordin.
in 6. isti sunt; ratione *Originis, domicilij, & Beneficij Eccle-
siastici.* Pro familiaribus Episcoporum habentium Clerum, &
oves assignat Tridentinum quartum commensalitatatis titulum
ead. sess. 24. cap. 9. de reform. à quo tamen privilegio excludit
Familiares Episcoporum Titularium sess. 14. cap. 2. de re-
format.

288. Aliquo horum utebantur Episcopi, & subditi, de
quibus loquitur præfens clausula; sed tamen erant minus le-
gitimi tituli, ac deberent, in fraudem, & contemptum legum
quæsi. Vnum, vel alterum exemplum ponam. Erat aliquis
Clericus in minoribus constitutus, qui examen, & probationem
exactam à suo Prælato fieri solitam subire nolebat; vel iuste
sibi à proprio Prælato denegandos, vel saltè differendos Ordines,
quia apud Iudices suos de aliquo crimine fuerat convictus,
& poena carceris, seu exilij mulctatus, vel alia simili de causa,
timebat: quærebat in alia Dioecesi, vel territorio exempto Be-
neficium, seu Capellaniam, etsi tenuem, aut quæ solum ti-
tulum talis, sine re, haberet, vt hac ratione speciem subiectionis
aliquam acquireret, & à Prælato illius, vel ab alio, cum eiusdem
dimissorijs, Ordines reciperet; si diceret aliquis, quod Tridenti-



EXPLICAT. BVL.

nūfess. 21. cap. 2. iubet, nullum sæcularem Clericum sine sufficiēti ad victum titulo ordinari, respondēret, habere alias Capellania, seu patrimonialia bona, licet non in illa Diœcesi, vel territorio; sed si iterum diceret: examen illius patrimonij, & necessitatis, seu utilitatis Ecclesiæ, quæ exigitur à Tridentino vb. sup. vt quis ad titulum illius possit ad Ordines promovēri, pertinere ad Episcopum territorij, vbi situm est patrimonium, & quando congrua adest, partim in vna Diœcesi, partim in alia, requiri consensum vtriusque Prælati, & quod Ordinatus, etiam in minoribus, nequit deserere primam Ecclesiam, vbi ordinari incēpit, sine notitia illius Prælati &c. hæc omnia despiciēbantur, & in fraudem, & contemptum species aliqua tituli quærebatur ad effectum præcissè suscipiendi Ordines; vnde Ordinati statim ad proprias redibant Diœceses originis, seu domicilij, Prælatos suos, vt sic dicamus, irridentes.

289. Aliud exemplum domicilij. Quidam adultus à propria Diœcesi discessit: post paucos menses residentia suæ in Civitate, N. Nobilis quidam vir advena ab Episcopo ibidem sedem suam habente petijt, vt famulum suum ad Ordines promevēret, Capellania, cuius redditus ad vitam sustentandam sufficerēt, in Regno N. de novo erecturū, & interim suis sumptibus aliturū, promittens: iuravit domicilium in illa Civitate Diœcesanus N. & ratione illius vsque ad Præsbyteratum (dispensatis interstitijs) brevi tempore euectus est. Celebravit ibi primam Missam; & post aliquot dies cum dimissorijs eiusdem Episcopi (in quibus licentia alibi domicilium iurandi concedebatur) in Diœcesim propriam regressus est, vt Equitis facultates, & possessiones, super quibus Capellania erigenda erat, administraret. Quis non videat fraudem, quæ in hoc casu intercessit, & amphibologiam, qua iuramentum fuit emissum, & quod hoc non est legitimum domicilium, ratione cuius subiectio necessaria ad Ordines acquiritur? taceo, ordinatum fuisse sine titulo, nec congrua, quia non pertinet ad materiam, de qua agitur in præsentibus.

P. AR.

PART. XXXI.

157.

PART. XXXI.

ATQUE ITA NON INTRANTES PER OSTIUM, & nihilominus Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, Sacrificium in Sacrilegium convertunt, iudicium absque misericordia sibi conciscunt; Deoque minimè placentes, Et tamen placare velle præsumentes, non modo eum non placant, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere: non requiret.

290. Qui illegitimè ad Ordines ascendunt, inquit S. B. non intrant per ostium, id est, per Christum. Ratio est aperta; nam vt à Catechismo Romano p. 2. c. 7. q. 4. edocemur: *illi ostio in Ecclesiam introire meritò dicuntur, qui à Deo legitime vocati Ecclesiastica munera eius vnus rei causa suscipiunt, vt Dei honori inerviant.* Et q. 3. anteced. dixerat: *Vocari autem à Deo dicuntur, qui à legitimis Ecclesiæ Ministris vocantur.* Cum igitur isti, de quibus loquimur, à legitimis Prælati Ordines non recipiant, sed ab alienis, non à Deo vocati veniunt, nec per ostium, qui Christus est, ingrediuntur; & sic nec Pastores dici merentur, sed fures, & latrones, qui furtivè, & fraudulentè in Ecclesiam intrant, non vt Deo fidelem cultum præstent, & alienæ non minùs, ac propriæ salutis procurandæ invigilent, sed ob alios fines ab Ecclesiæ vocatione valde alienos, quos idem Catechismus loc. proxim. cit. describit; & nihilominus Tabernaculum Dei cum macula inhabitare non dubitant, hoc est, cum gravissimis culpis, & Ecclesiasticis pœnis ex inordinata Ordinū receptione contractis, & quod peius est, ab exercitio Ordinum in eo pravo statu non abstinēt; vnde Sacrificium in sacrilegium convertunt, id est, sacrilegè celebrant, & indignè Corpus, & Sanguinem Christi accipiunt: & cum ille, qui

V 2

man-



EXPLIC. BVL.

manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, quia reus sit Divinæ læsæ Maiestatis iuxta Apostolum dicentem: *Reus erit Corporis, & Sanguinis Domini.* I. Ad Corinth. II. & proportionem quadam accommodat tractat Christum, sicut à Iuda, & Iudæis tractatus fuit, quo sensu inquit S. Chrysostr. & Theophil. ibi: *Reus est talis cædis Dominicæ, ac si Dominum occidisset, & Christi Sanguinem effudisset;* Indè fit, quod iudicium absque misericordia sibi conciscunt, id est, sententiã æternæ damnationis pro eo statu incurrunt, & valdè timeri potest, quod obstinati & impœnitentes in eo decedant absque eo, quòd fructum misericordiæ Divinæ experiantur; nam ut dicitur Sap. 6. *Iudicium durissimum his, qui præsumunt, fiet Exiguo enim conceditur misericordia. Potentes autem potentèr tormenta patientur.*

291. Ratio huius maioris duritiæ, seu rigoris ergà Ecclesiasticos, qui in Divina Curia sunt Proceres, Sublimes, & Potentes, quàm ergà laicos, qui sunt exigui, & parvi secundum gradum humilem, quem occupant respectivè ad Ecclesiasticam Hierarchiam, est maior gravitas suorum peccatorum. D. Bernardus in illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia*, inquit: *Cæleste tenet officium Sacerdos, Angelus Domini Exercituum est: tamquam Angelus, aut eligitur, aut reprobat: irventa in Angelo pravitas, & districtius iudicetur necesse est, & inexorabilius, quam humana.* Pro quo allegat formidabilia illa Isaïæ verba cap. 16. v. 10. *In terra Sanctorum iniqua gessit, & idè non videbit gloriam Dei.*

292. De his quoque, qui domum Dei non per ostium, qui Christus est, & legum Ecclesiasticarum observantiam, sed aliundè cum sinistra intentione, & per iniqua media ingrediuntur, inquit Catechismus Romanus vb. sup. *Hi sunt: Quorum turpitudò non solum Ordini Sacerdotali magnas tenebras offudit, ita, ut iam nihil ferè à fidei populo haberi possit contempnius, & abiectius, verum etiam efficit, ut ipsi rex Sacerdotio nihil ampliùs consequantur, quam Iudas ex Apostolatus munere,*

PART. XXXI.

159.

re, quod illi sempiternum exitium attulit, hoc est, iudicium sine misericordia, damnationem æternam, ad commune, & notorium exemplum, atque experimentum, ut in ipsius capite alij edoceantur, ne ad Sacros Ordines, & Divinorum mysteriorum participationem indigne accedere præsumant.

293. *Deoque minime placentes, & tamen placare velle præsumentes.* Tangunt hæc verba vnum ex præcipuis Sacrificij Missæ effectibus, qui est propitiatorium, seu placativum esse Dei offensi ob nostra peccata; quapropter Sacerdos, qui illud offert in persona Christi, mediatoris, & pacificatoris inter Deum, & homines gloriosum sortitur nomen; sed valdè stulti ac ignorantes sunt malè Ordinati, si in pravo iniquitatis suæ statu permanentes, præsumunt, & ostentant, se velle Ordinum Sacrorum exercitio Deum placare, & propitium sibi reddere; cum tamen culpas, & sacrilegia augeant; & ita non solum non placent, verum & magis irritant, & vnde placationem consequi debuerant, inde iram provocant; significantes modo suo operandi dum ad locum suæ originis, aut domicilij redeunt, ut susceptos Ordines exerceant, sese in cordibus suis cogitare, non esse Prælatum, qui inquiret, examinet, iudicet, puniat excessus, fraudes, & subterfugia sua, imò nec Deum, qui videat, & in iudicio saltè finali requirat, quod maximè supremum Vindicem ad iram provocat, iuxta illud Psalm 9. *Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde suo: non requiret.*

294. Quæ omnia severissimè arguit D. Bernardus, damnationem æternam minitans, dum amarissimè etiam deslet; de convers. ad Cler. c. 27. *Vae Ministris infidelibus, qui necdum reconciliati, reconciliationis alienæ negotia, quasi homines, qui iustitiam fecerint, apprehendunt. Vae Ministris iræ, qui se Ministris gratiæ profitentur; Vae filiis iræ, qui pacificorum sibi usurpare gradus, & nomina non verentur. Vae filiis iræ, qui fideles sese mediatores pacis, ut peccata populi comedat, mentiuntur. Vae, qui ambulantes in carne, Deo placere non possunt, & placare velle præsumunt.* Et cap. 29. post medium prosequitur:

Heu!



EXPLIC. BVLT

160. *Heu! genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, quis inter tua illa primordia iam Divina, & spiritalibus affluentem Charismatibus Christianæ Religionis ortum, credere posset, posse talia in te aliqua do reperiri? Ingressiuntur cum hac macula Tabernaculum Dei vivens, inhabitant cum macula Templum Sanctum Dñi polluentes, iudicium multiplex accipiuri, quod & tam gravissimas conscientias gerunt, & nihilominus sese ingerunt in Sanctuarium Dei. Tales enim non modo non placant Deum, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere; non requirer. Irritant planè, & infensum reddunt sibi, vereor, ne in his, quibus eum reprotitiare debuerant. Hucusque S. Bernardus, qui to tam nostram clausulam comprehendit & dilucidat.*

295. Nota primò: hanc doctrinam intelligi non solù de his, qui Ordines suscipiunt ab alienis Prælati, seù quorù non sunt subditi, ratione Beneficij, originis, seù domicilii, aut cõtinuè triennialis familiaritatis, sed de alijs, qui ad Ordines accedunt sine necessaria dispositiõne, cum aliquo canonico impedimento, sine castitate, & puritate debita, cum titulo, seù congrua in toto, vel in parte conficta, scripturis, seù testimonijs falsis comprobata, simonia, vel alia gravi culpa intercedente, quæ Ordinibus indignos reddat: & etiam de omnibus, quotquot susceptos legitime, vel illegitime Ordines illicite exercent, & ita omnes quoque tangit eius consideratio, vt de iudicio multiplici accipiendõ præcaveamus.

296. Nota secundò, quod quando dicitur, istos pravos Ministros Sacrificium in sacrilegium convertere, non ita id literalitèr, vt sonat, intelligendum est; nam neque illud in Sacerdotis cuiuslibet sacrilegi potestate est, nec est absolute possibile. Explicatur hoc, quia licet in legitima Ordinum receptione gravissime delinquant, & in aliquibus casibus suspensionè contrahant, quaproptèr in iure sæpius vocatur irrita, & vacua talis Ordinatio, cap. *Neminem* dist. 70. & alibi; cõteram applicatis forma, & materia subiecto capaci per quemcumque verè
Epif.

PART. XXXI.

161.

Episcopum cum intentione faciendi, quod vera facit Ecclesia, valida est Ordinatio, & sic ordinati in Presbyteros verè sunt Sacerdotes, & validè Eucharistiæ Sacramentum conficiunt, ac Sacrificium Missæ verum offerunt, & istud Sacrificium habet ex opere operato eisdem effectus; ac si à Ministro legitime ordinato offerretur.

297. Sed tamen, sicut de Eucharistia ait D. Thomas in prosa, quod est *mors malis, vita bonis*, ob disparitatem dispositionis, qua accedunt; quod quidem ita est accipiendum, vt vita à Pane Angelico effectivè procedat; mors verò tantum, vt ita dicam, terminativè; effectivè tamen à sacrilegio, seù irreverentia, quæ fit Christo, seù terminatur ad Christum; ita quoque cum proportione, quod alijs Fidelibus, pro quibus offertur, nullo obice præpeditis, est Sacrificium, & ex eo propitiationis, impetrationis, & satisfactionis fructus percipiunt; his infidelibus est sacrilegium, quia ex actu sacrificandi nullum fructum reportant, præter iteratas culpas, quas committunt indignè consecrando, offerendo, & communicando, seù enormissima sacrilegia committendo: & ita Sacrificium in sacrilegium convertitur ab indignè offerentibus: sicut si diceremus, vitam Eucharistiæ in mortem converti ab indignè communicantibus; quia sicut isti Panem vitæ sumendo vivificari debebant, & tamen, quia indignè accedunt, mortui per peccatum recedunt; cum tamen Panis vivus, & immutatus perseveret, ita illi, qui dignè offerèdo, Deum sibi propitium reddere, & supremam excellentiam, suamque ergà Deum subiectionem, & reverentiam testificari debebant; illicitè id faciendo, sacrilegium committunt, quo maxima iniuria, & irreverentia Deo irrogatur, & ita, quod ex institutione Christi, & intentione Ecclesiæ est actus patriæ perfectissimus, ex prava offerentis dispositione est actus sacrilegij enormissimus; est tamen in se verum Sacrificium, & quatenus in persona Christi, & Ecclesiæ nomine offertur, in honorem Dei maximum semper cedit, quamvis ab indignissimo Ministro offeratur.

298. Vnde patet intelligentia illorum verborum *nò placere*



EXPLIC. BVL.

cant, sed magis irruant; cum enim asseramus ab istis indignis, veris tamen, Ministris, verum confici, & offerri Sacrificiū: suof quoq; effectus illud habere, saltem *ex opere*, vt dicitur, *operato*, asserendum pariter est in illis, pro quibus offertur, nec vllum ponunt impedimentum. Et ita illa verba solum denotant, quod suæ orationes, & Sacrificia infructuosa sunt *ex opere operantis* respectu aliorum, & respectu eorundem, qui indignè offerunt, adhuc *ex opere operato*, quia præpediti peccato sunt, & irritant magis Deum, & infensum sibi reddunt per nova sacrilegia, in eo ipso, quo repropitiare sibi ipsum debuerant, vt vberiora auxilia conferret ad pœnitendum de culpīs præteritis, & sic reconciliati ad pacem, & amicitiam cum Deo redirent. Pro alijs tamen supplicationes suæ audiri valent, & esse non solum propitiatoriz, sed & impetratoriz, quia non eas fundunt nomine proprio, & vt personæ privatæ, sed vt Ministri publici, nomine Ecclesiæ, & in persona Christi.

PART. XXXII.

HINC EST, QVOD NOS EX COMMISSIS NOBIS Divinitus Apostolica servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala huiusmodi penitus, & omnino è medio tollere, ac irreligiosam contra facientium audaciam, quantū Nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes.

299. Clausula ista clara est, & explicatione non indigens: manifestat in ea S.B. quanto cordis affectu abusus, ac scandala, de quibus loquimur, eradicare, ac delinquentes compescere cupiat suprema Pontificia authoritate, quæ in ipso, tamquam Universali Ecclesiæ capite, residet.

PAR.

PART. XXXIII.

163

PART. XXXIII.

CONTRA MALE AD SACROS VEL MINORES NECNON FELIC. RECORD. VRBANVS VIII. contra male ordinantes, & male ordinatos, quæ incipit: Secretis, aliorumque Rom. Pontif. Prædecessorum Nostrorum, ac etiam Conciliaribus hac in re editis Constitutionibus, & Ordinationibus inherentes, illasque, quoad ea, quæ præsentibus non aduersantur, quatenus opus sit, innovantes.

300. Bulla SS.D.N. Urbani VIII. felic. recordationis, quam expressè hic confirmat, & innovat SS.D.N. Innocentius, & cuius vestigia sequitur, duo statuit. Primum, contra Ultramontanos, & omnes extra Italiam oriundos. Secundum contra Italos. Quoad Ultramontanos decernit, ne ab vlllo Episcopo in Italia existente ad vllum Ordinem, tam maiorem, quam minorem, imò nec ad primam tonsuram promoveri possint, etiam si habeant litteras suorum Prælatorum dimissorias, nisi illæ eadē à Nuncijs Apostolicis, vel à Collectore in illis partibus commorante, deinde à Vicario D. Papæ in alma Urbe in spiritualibus generali examinatæ fuerint: aliter ordinantibus per annum ab exercitio Pontificalium (quid sub hac pœna comprehendatur, explicat Barbof. de officio, & potestat. Episcop. part. 2. Alleg. 6.) Ordinatis verò pœnam suspensionis perpetuam indispensablem imponit, & alias maiores pœnas arbitrio Pontificis pro tempore existentis infligendas adiicit contra promotos huiusmodi, & eos, qui cum falsis, vel fictis, vel fiducialibus patrimonij titulis scienter se promoveri fecerint, quos etiam prædictis pœnis subiicit. Quoad Italos verò, ordinatos ad primam tonsuram, vel ad alium Ordinem maiorem, vel minorem cum falsis dimissorijs, privat privilegio fori, & sæculari potestati, secuta Iudicis

X

eis



EXPLIC. BVL.

164. cis declaratione, eosdem submittit. Ut autem hæc, & alia scitu digna percipiantur, idem Urbani VIII. Decretum de verbo ad verbum in studiosorum gratiam hic subiiciemus.

CONTRA MALE AD SACROS, UEL MINORES Ordines, seu Clericalem charactèrem ordinantes, & malè ordinatos.

VRBANVS PAPA VIII.
ad perpetuam rei memoriam.

Secretis æternæ providentiæ consilij, nullo nostrorum suffragio meritorum, Speculatores Domus Israël in sublimi Apostolatus culmine constituti, eò potissimum Pontificiæ sedulitatis officia convertenda esse arbitramur, vt qui in fortem Domini vocantur, Christi que Militiæ dant nomen, spiritualem Ecclesiæ tranquillitatem non perturbent, sed pacem confirment, vires augeant, ac tam strenuè se gerant, vt ipsam terribilem, quasi castrorum aciem ordinatam, inferæ Potestates, ac Principes tenebrarum quotidie magis perhorrescant. Hæc autem quantò impensius fieri optamus, tantò maiori indignatione irreligiôsâ quorundam impudentiam detestamur, ac sacrilegam temeritatem execramur, qui Sacros Canones, Summorumque Pontificum Decreta non verentes, Clericales Ordines illegitimè suscipiunt, ac dum in Ecclesiasticorum Ministrorum cœtum per nefas irrepunt, Dei cultui, animarum saluti, omnibusque ad optimum Christianæ Reipublicæ regimen pertinentibus plurimum obesse noscuntur. Aliàs siquidè fel. recordat. Clemens Papa IV. Prædecessor noster volens periculis animarum eorû obviare, qui vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel aliàs Ordinum Sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his haberetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciebant ad huiusmodi Ordines promoveri, statuit, vt nullus Episcoporum Italiæ de cœtero aliquè Ultra-

PART. XXXIII.

165.

Ultramontanum Clericum ordinare præsumeret, nisi ab eodem Clemente Prædecessore, vel ab Episcopo, de cuius Diœc. traxerat originem, ordinandus, vel in cuius Diœc. Beneficiatus existebat, per eius parentes litteras causam rationabilem continentes, quare ipsum volebat, aut nequibat ordinare, specialem licentiam haberet; eos verò, quos contra præmissa contigisset ordinari, manère voluit, absque spe dispensationis super hoc à Sede Apostolica obtinendæ, suspensos, ac ordinantes condigna pœnitentia puniri. Cum autem, non sine gravi animi nostri molestia, Nobis innotuerit, quamplures Ultramontanos suæ salutis immemores, Deique timore postposito, ad Ordines prædictos, cū falsis dimissorialib. litteris, seu etiã cū titulo patrimonij ficto, vel fiduciario, seu etiam falso, cum maximo bonorum omnium scandalo, se promoveri fecisse: Nos innumeris, quæ ex minus canonica Clericorû ordinatione huiusmodi proveniunt, malis, quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, prædictam Clementis Prædecessoris constitutionem, cum omnibus, & singulis in ea contentis approbantes, & innovantes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium prohibemus, ne quovis prætextu, & ex quacumque causa, Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscumque Ultramontanos, & ex quibusvis locis extra Italiam oriundis, non solum ad Sacros, sed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem Charactèrem promovere audeant, seu præsumant, nisi dimissoriales suorum Ordinariorû litteras à nostris, & huius Sanctæ Sedis Nuncijs, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, & approbatas, & subscriptas habeant, eorundemve Nunciiorum, seu Collectorû subscriptiones à dilecto filio nostro in alma Urbis Vicario in spiritualibus generali similiter examinata, recognita, & approbate fuerint; aliàs promoventes, ad annum ab exercitio Pœtificialium; promoti verò, perpetuæ suspensionis pœ-



EXPLIC. BVL.

nam absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ, incurrant eo ipso. Insupèr promotos huiusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciaris partimonij titulis scienter se ad Ordines huiusmodi promoveri fecerint, nò solum prædictis, verum etiam maioribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis: Italos verò, si quos in posterum Clericali Characterè insigniri, vel ad minores Ordines promoveri ab alieno Episcopo cum falsis dimissorij corrigent, etiam si qualitatibus per Conc. Trident. Decretum c. 16. sess. 23. requisitis præditi sint; nihilominus, sequuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, fori privilegio minime gaudere, sed sæculari potestati, & iurisdictioni, ut antea, plene in omnibus subiacere, & subiectos esse respectivè volumus. Sicq; & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumque. Per præsentem autem constitutioni rec. mem. Pij Papæ II. Prædecessoris nostri contra malè promotos editæ, nullatenus derogare intendimus, sed illam cum omnibus, & singulis in ea contentis, in suo robore, & efficacia permanere, perinde ac si præsentem non emanassent, decernimus. Ut autem præsentem litteræ ad omnium notitiam facilius deventire possint, volumus, quod illæ, sive earum exempla in valvis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, nec non in acie Capi Floræ, ut moris est, affixæ, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent. Quodque earundem transumptis, etiam manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibea-

tur,

PART. XXXIII.

167.

tur, que ipsis præsentibus adhibereur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. &c. die II. Decemb. 1624. (in Bull. Mag. tom. 4. pag. 80.

301. Constitutio D. Clemen IV. cuius meminit hic D. Urbanus habetur incorp. Iur. cap. Sapè contingit, i. de temp. Ordin. in 6. Reliquæ præcipuæ Bullæ, quæ circa præsentem Ordinum materiam expeditæ inveniuntur, quartum dispositionibus, & Decretis innitur SS. in præsentem constitutione, sunt, alia SS. D. Pij II. quæ est, VII. inter constitutiones ab ipso editas, quam expressè confirmavit D. Urbanus VIII. ut super vidimus; & cum præfata D. Urbani Bulla expressè innovata sit à SS. D. Innocent. XII. congruit quoque illius D. Pij notitiam habere, quæ est tenoris sequentis.

CONTRA CLERICOS AD SACROS ORDINES
malè promotos.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI:
ad perpetuam rei memoriam.

Cum ex Sacrorum Ordinum collatione, Character invisibilis animæ imprimatur, Sacra mysteria dispensentur, & ipsa cura tribuatur animarum; in eorum susceptione, excessus graves, tantò magis plectendi sunt, quòd ex illis maiora in mètibus fidelium scandala generantur. Cum itaq; (sicut dignorum relatione, non nisi molestè, accepimus) nonnulli Clerici; extra tempora à iure statuta: quidam ante atate legitimam; alii verò sine dimissorij litteris contra sanctiones canonicas, se faciunt ad Sacros Ordines promoveri. Nos eorundem temeritatè tali castigatione reprimentes, ut alijs in posterum committendi similia; aditus præcludatur; auctoritate Apostolica, hac constitutione per-



perpetuò valitura, statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licenti, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimã, vel absque dimissorijs litteris, etiam citramontanis (præterquã si in hoc ultimo casu, per Cameram Apostolicam, iuxta illius stylum ordinati fuerint) ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoveri, à suorum Ordinum executione ipso iure suspensi sint; & si, huiusmodi suspensione durante, in eisdem Ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea, ultra alias pœnas in tales generalitèr à iure inflictas, Beneficijs Ecclesiast. privari possit. Volumus autem, quod præsens nostra constitutio, in Romana Curia existentes, post quindecim dies, absentes verò Italicos post duos menses; alios verò Ultramontanos post sex menses, ab ipsius in audientia Contradictarum, & Cancellaria Apostolica, publicatione, & affixione, ligare incipiat. Nulli, &c.

Dat. 17. Novem. 1661. (in Bull. tom. I. pag. 389.)

302. Circa hanc Bullam notandum est primò, quod imponitur suspensionis pœna ipso facto ijs, qui Ordine Sacro initiuntur sine dimissorijs, vel ante legitimam ætatem, vel extra tempora in iure pro collatione Ordinis designata sine dispensatione Apostolica, seu indulto de *extra tempora*; & si durante suspensione, id est, ante eius obtentam absolutionem, in Sacris ministraverint, irregularitatem incurrunt, & ita Beneficijs quoque Ecclesiasticis privari poterunt. Secundò, quod licet fuerit variatio in Decretis ætatis necessariæ pro singulis Ordinibus maioribus suscipiendis, non ideo variata est dispositio huius Bullæ; siquidem hæc ætatem non præscribit, sed punit eum, qui sine legitima ætate, quæcumque ea sit, ad Ordinem Sacrum promoveri præsumat. Uid. Flav. Cherub. in Comp. Bullar. Schol. I. in Bull. 7. Pij II. fol. mihi 119. Tertio, quod dispositio huius Bullæ non comprehendit eos, qui in receptione Ordinum minorum in aliquo ex prædictis deliquerint; cæterum Decreta Tridentini ad omnes extenduntur. Uide Marchin, de Or-

di. tract. 1. part. 5. cap. 9. Barboss. de offic. Episc. part. 2. Allegat. 8. cum alijs pluribus ibi citatis.

303. Alia est Bulla SS. D.N. Sixti V. expedita an. 1589. & est 91. huius Pontificis, cuius notitia est quoque utilis, quia et si in parte moderata à D. Clemeute VIII. ut statim dicemus, non tamen in totum, accipe ergò principales ipsius particulas.

CONTRA CLERICOS MALE, AVT SIMONIACE,
promotos, & Episcopos, & alios in Ordinum collatione peccantes.

SIXTVS EPISCOPVS.

Servus Servorum Dei: ad perpetuam
rei memoriam.

Sanctum, & salutare Sacri Ordinis Sacramentum ab ipso Domino, & Salvatore nostro Iesu Christo institutum, Beatisque Apostolis, & eorum legitimis Successoribus singulari divinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam, salutemque animarum sanctè, ac religiosè administrari decet, ut quæ vel ex typo, & figura veteris legis, vel aliàs ex multa Sanctorum Patrum providentia, circa Ordinandorum natales, ætatem, vitæ, ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias qualitates in Sacris Ordinibus requisitas, per Sacros Canones, vel Apostolicas constitutiones, aut generalium Conciliorum Decreta salubritèr statuta fuerunt, ea inviolatè observentur. Nam si in veteri Testamento tam multa de integritate, & munditia Sacerdotum, & Ministrorum Altaris, deque eorum præstantia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiam Prophetam: Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini Exercituum est; certè multo maior ratio, & diligentia adhibenda erit in promovendis, tam inferiorum graduum Cler-



EXPLIC. BVL.

ricis, quàm etiã Presbyteris, qui ad consummationem Sancto-
rum in opus ministerij, in ædificationem Corporis Christi con-
stituuntur, prout de his ipsis, & Divino verbo, & Beatorum
Apostolorum præceptis, ac simul Patrum statutis sæpissimè
traditum est. Quare nos pro ea, quæ nobis à Domino iniuncta
est, cunctarum Ecclesiarum cura, & solitudine, ipsos Pasto-
res, & Præsules Ecclesiarum, quorum proprium munus est, per-
sonas idoneas Clericali militiæ adscribere, & ad minores, maio-
resque Ordines ritè promovère, auctoritate nostra duximus ad-
monendos, vt in exequendo hac in parte suo Pastoralis officio at-
tentiùs posthac invigilent, Canonicas sanctiones, vt par est, ob-
servent, ac vt nemini detur offensionis occasio, nevé eorum
ministerium vituperetur, studeant vitare ea omnia scandala, &
absurda, quæ ex vitiosa, & minus canonica Clericorum ordina-
tione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius
exoriri. Cum enim multi etiam interdum inhabiles, & indigni,
non vocati sancta Dei vocatione, sed potius Satanæ dolis de-
cepti, prætextu devotionis, & pietatis, rem quidem sacram, &
Divinum munus, intempestivè tamen, & exordinate affectan-
tes, seu temporale aliquod commodum, aut lucrum sibi pro-
ponentes, vel nimia simplicitate, & imperitia, malitiavè, aut frau-
de ad suscipiendum Clericalem Characterem, aliosque Ordines
ante ætatem legitimam, vel à non suo Episcopo, aut non
prævio debito examine, & approbatione sive aliàs minus ritè,
vel etiam temèrè se ingerant: debent sanè Episcopi paterna cha-
ritate, & prudentia eorum saluti, qui sæpè nesciunt, quid pe-
tant, meliùs etiam, quam ipsimet postulant, & salu briùs consu-
lere, nec tam, quid flagitent, quam, quid expediat, considerare;
summa verò diligentia providere, tum in alienæ Diœcesis sub-
ditis ordinandis, ne quemquam promoveant sine eorum Ordina-
rij litteris dimissorijs, tum in recognoscendis ipsis litteris, ne
falso, aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non ha-
beat, confectæ sint, tum deniquè in examinandis natalibus,
ætate, vita, moribus, scientia, idoneitate, titulo, & reliquis
qua-

PART. XXXIII.

171.

qualitatibus, ne quid in suæ vel alienæ Diœc. personis ad Cle-
ricalem honorem, & Ecclesiasticos Ordines promovendis de-
sideretur eorum, quæ ex præscripto Sacrorum Canonum requi-
runtur. Vt igitur Præsules Ecclesiarum intelligant, si in re
tam gravi, & tanti momèti, culpa, aut negligentia peccaverint,
se non modò in tremendo Dei iudicio, verùm in hoc quoque
sæculo Rom. Pontifici suæ villicationis rationem fore redditu-
ros, præsentis constitutione perpetuò statuimus, & ordinamus,
vt si in posterum Antistes aliquis, Episcopali, Archiepiscopali,
Primateali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut
Abbas ad primam tonsuram, minoresque Ordines suis subditis
conferendos à Sede Apostolica auctoritatem habens, quemq;
sæcularem, vel cuiusvis Ordinis, aut militiæ regularè, ex aliquo
crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilem, vel irregularè
existentem, vel extra tempora à iure statuta, vel absque veris
dimissorijs sui Ordinarij litteris, aut per saltum, vel furtivè, aut
quoad sæculares sine titulo sufficientis Beneficij, vel patrimo-
nij, aut ante ætatem per Sacri generalis Trid. Concil. Decreta,
primæ tonsuræ, ac cuique ordini præscriptam, aut non servatis
temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die, seu continuatis
diebus ad plures Ordines Sacros, vel post vnum Ordinem sus-
ceptum sine causa rationabili antequam tempus ab eodem Cõ-
cilio Tridentino præfixum elabatur ad alium Ordinem promo-
veatur, sine dispensatione, aut Indulto Apostolico, Clericali
Characterem non legitimè insigniverit, aut ad Ordines minores,
vel Sacros, vt præfertur, vel aliàs malè promoverit, sive id
scienter, sive ignorantèr fecerit, nisi debita diligentia adhibita
iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset, vt
in quo deliquit, in eo puniatur, à quorumcumque Ordinum,
atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum
Pontificalium, eò ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ inter-
dictus existat, alijsq; gravioribus penis nostro & pro tempore
existentis Rom. Pon. arbitrio puniatur. Quod si spreta huius-
modi suspensione, & interdicto, in præmissis se temerè inges-
serit,



ferit etiam à regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & à perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcumque Beneficiorum per eum, in titulum, vel commendam, seu aliàs obtentorum; suspensionem eò ipso incurrat; eiusque interdicti, aut suspensionis relaxationē, aut pœnarum remissionem ab alio, quam à Rom. Pont. pro tēpore existente nequeat obtinere. Et nihilominus fel. record. Pij II. & aliorum Rom. Pontificum nostrorum Prædecessorum, qui per suas constitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publicatas regulas, contra huiusmodi Clericos malè promotos, diversas pœnas inflixerunt, vestigijs in hærentes, eosdem Clericos, posthac malè promotos, ab executione, ministerio, & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuò suspensos declaramus; & si in eis ministrare præsumpserint, illos sic irregulares effectos, omnibus, & quibuscumque per eos, in titulum, commendam, aut aliàs obtentis dignitatibus, officijs, & Beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, quomodocumque qualificatis, sæcularibus, vel cuiusvis Ordinis, aut militiæ regularibus, ac etiam si ipsi Clerici regulares fuerint, activa, & passiva voce ipso facto privamus, & ijs privatos, atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda, in perpetuum inhabiles, & incapaces esse discernimus, & declaramus; dignitatum, Officiorum, & Beneficiorum huiusmodi sic pro tempore vacantium dispositionem Nobis, & Apost. Sedi perpetuò reservantes. Vt autem homines, qui nimia indulgentia, & spe immunitatis, ac veniæ facilitate hæctenus fuerunt ad huiusmodi facinora procliviores, ea sublata, & præclusa, ab his abstineant, & caveant in futurum, tam absolvendi, quam dispensandi facultatem in casibus superius expressis, etiam in foro conscientiæ, Nobis, & Successoribus nostris dumtaxat auctoritate, & tenore præmissis perpetuò reservamus. Inhibentes ne à quoquam sæculari, vel cuiusvis Ordinis regulari Presbytero, vel Prælato, quavis auctoritate fungente, nec per quæcumque Iubilæa, & Indulgentias, etiam

plenissimas, & extraordinarias per nostros Prædecessores, aut Nos metipfos, vel Successores nostros, anno Iubilæj, aut alio quovis tempore, & Cruciatæ sanctæ, vel quocumque alio titulo, modo, & forma, Motu proprio, & Consistorialitèr, seu ad quorumcumque Principum, Regum, aut Imperatoris instantiã, eorumvè contemplatione, & intuitu cum quibusvis amplissimis, in genere, vel in specie derogatorijs clausulis concessa, vel in posterum concedenda, nec vigore, aut pretextu facultatum, aut privilegiorum, Mare magnum, aut aliàs quomodolibet nuncupatorum quibusvis Ordinibus, Cõgregationibus, aut personis regularibus, aut Episcopis, per Decreta Conc. Trid. aut officio sacrę Pœnitentiarię Apostolicæ, vel minoribus, aut etiã maiori Pœnitentiarijs nostris, & Rom. Pont. pro tempore existentis vel aliàs quomodolibet pro tempore concessorum personæ sic ut præfertur delinquentes, tam scilicet Antistites, seu Abbates promoventes, quam Clerici malè insigniti, seu ordinati, à reatibus, & excessibus præfatis absolvi, præterquã in mortis articulo, possint, aut debeant. Nec cum ijs super irregularitate propter præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, quovis modo valeat dispensari. Verum enim vero, quia gravioribus morbis fortiora sunt adhibenda remedia, & iuxta personarum, & locorum, ac temporum qualitates leges sunt immutandæ, pœnæ que aggravandæ, & emolliendæ; cum huiusmodi peccatum, Sathana suggerente, hominumque fragilitate assentiente, videatur iam ad culmen vitiorum ascendisse, & in præcipiti esse; idèò, ut homines saltè m pœnæ timore, & proprij honoris confusione à peccato deterreantur, novum huic veneno antidotum cogimur præparare. Ac propterea volumus, ut, qui absolutionem, & dispensationem huiusmodi petent, semper, quamvis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium sacrę pœnitentiariæ, sed à Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice in utroque foro absolutionem petere teneantur; alioquin ipsæ concessiones, & absolutiones, etiam cum clausula, quod præsentis constitutionis tenor, & alia præ-



EXPLIC. BVL.

174.
dicta habeantur pro expressis, prorsus nullæ, irritæ, & invalidæ existant, ac nemini penitus suffragentur. Cæterum si quis Antistes, vel Abbas servatis quidem cunctis præmissis, & cæteris omnibus, quæ in ipsius tonsuræ, & Ordinum collatione observari debent, personas habiles, & idoneas, sed tamen recepta ab ijs, quibus tonsuram, aut Ordines conferet, pecunia, pretio, vel præmio, simoniacè in futurum insigniverit, vel promoverit, volumus, vt præter alias censuras, & pœnas contra simoniacè ordinantes, & ordinatos à Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis aliàs inflictas, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia, & singula supradicta in sic promoventibus, & promotis locum habeant. Decernentes, &c. Dat Rom. die 9. Januar. ann. 1589. in *Bul. Mag. tom. 2. pag. 657.*

304. Hæc constitutio D. Sixti moderata fuit, & ad terminos Tridentini Concilij, & Bullæ D. Pij II. citatæ reducta per SS. D. Clementem VIII. (manente tamen in suo vigore quoad pœnas impositas pro simoniacè ordinantibus, aut ordinatis) per Bullam anno 1595. expeditam, & est 40. inter eius Bullatas constitutiones, tenoris sequentis.

MODERATIO BULLÆ SIXTI V. CONTRA CLERICOS malè promotos, & eos promoventes editæ, cum præservatione pœnarum ibidem simoniacè ordinantibus inflictarum.

CLEMENS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM
Dei. Ad perpetuam rei memoriam

Romanum Pontificem decet, ea, quæ ob iustas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet, moderari, & immutare, prout in Domino salubriter conspiciat expedire. Aliàs sanè emanarunt litteræ fel. rec. Sixti PP. V. pro-

PART. XXXIII.

175.

prædecessoris nostri, contra Clericos malè promotos, ac in Episcopos in Ordinum collatione peccantes, tenoris, &c. Nos animadvertentes in dictis litteris nihil ferre quoad ea, quæ in Ordinum collatione servanda sunt, disponi, ultra id, quod in Sacris Canonibus, & in Concilij Tridentini Decretis, ac aliorum Rom. Pont. prædecessorum nostrorum constitutionibus dispositum fuit, sed diversas pœnas, & censuras Ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in Ordinum collatione peccantes, & similiter contra Clericos, tam sæculares, quam cuiusvis Ordinis, instituti, & militiæ regulares malè promotos constitui, absolutionemque, & dispensationem Sedi Apostolicæ reservari, & aliàs sicut in præfatis litteris continentur. Considerantesque, tam promoventes, quam eos, qui ad dictos Ordines promoventur, sæpè censuris, & pœnis huiusmodi, ob illarum multiplicationem in eorum perniciem animarum, varijs modis illaqueari; nonnullos ex Prælatos, & Episcopos in conferendis huiusmodi Ordinibus nimis scrupulosè procedere, multosque metu pœnarum, & censurarum præfatarum, ab Ordinum collatione prorsus deterri, adeo, vt Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valdè imminutus sit, omnium in præmissis securitati, ac animarum salutis, paterna charitate prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuè valitura constitutione, supra dictas litteras ad terminos Sacrorum Canonum, ac constitutionis re. me. Pij Papæ II. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, Cum ex Sacrorum Ordinum, sub dat. videlicet, quinto decimo Kal. Decembris, Pontificatus sui Anno quarto, cuius tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem Decretorum Sacri Tridentini Concilij restringimus, & reducimus, necnon censuras, & pœnas in eisdem Sixti litteris contra quoscunque, præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos, inflictas, quas volumus in suo robore permanere (alijs etiã pœnis, & cen-



176.

EXPLIC. BVL.

& censuris per eosdem Canones, ac constitutionem Pij II. Conciliumque Tridentinum iniunctis salvis, & firmis remanentibus) moderamur, & abolemus. Dat. Rom. pridie Kal. Martij, ann. 1595. in Bull. tom. 3. pag. 53.

305. Citcà has Bullas oritur dubium ex eo, quod Sanctissimus inquit, quoad illas, quoad ea, quæ præsentibus non aduersantur, quatenus opus sit, id est, si forte in viridi observantia alicubi non fiat, innovat; ex quo videtur inferri, Bullam D. Sixti relata ad pristinum rigorem, in quo erat ante moderationem D. Clementis VIII. restitui; quia non opponitur præsentibus SS. D. N. Decretis; licet D. Sixtus maiores pœnas designaverit. Nihilominus negativè respondendum; quia cum non derogat, sed innovet potiùs Bullam ipsius D. Clement. VIII. ut ex eadem clausula licet inferri, inde fit, quod Bulla D. Sixti V. manet, ut antè erat, moderata, & tantum innovata, qua parte à Dño. Clemente non est derogata.

PART. XXXIV.

DE VENERABILIVM FRATRVM NOSTRORVM
S. R. E. Cardinalium eiusdem Concilij interpretum, qui quæcumque antè hæc super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita Decreta, declarationes, seu responsa ad earundem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione, nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine.

306. Hæc clausula, quamvis generalis videtur, non tamen est ordinaria, & auget recommendationem Decreti deliberatio

PART. XXXIV.

177.

ratio, & consilium, quo statutum conditum est. Et etiam notandum monitum illud, videlicet, quod DD. Cardinales, quæcumque antè hæc super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita Decreta, declarationes, seu responsa ad earundem præsentium limites reducenda esse censuerunt, quin deinceps ex ipsis argumentum, aut exemplar adduci possit ad probandum, seu corroborandum quamlibet iuris, aut facti opinionem, quæ presenti constitutioni aduersetur, Reliqua verba *Motu proprio, ex certa scientia* explicata videri possunt apud Barbooss. tom. var. tractat.

PART. XXXV.

AD OMNIPOTENTIS DEI GLORIAM, ECCLESIAE
suae utilitatem, veteris disciplinae instaurationem,
totiusque Christiani populi ædificationem.

307. Ex hac clausula desumpta est inscriptio huic opusculo præfixa. Omnes istos fines felicissimè assequitur N. SS. in expeditione huius Bullæ, prout dicta, & dicenda attentè consideranti facilè patebit. Quoad disciplinæ veteris instaurationem, potest videri. Hall, de Sac. elect. & ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3. per tot. pag. 599.

PART. XXXVI.

HAC GENERALI NOSTRA, ET PERPETVO VALIDURA
constitutione decernimus, & declaramus.

308. Postquam in antecedentibus clausulis explicuerat SS.



SS. potestatem Legislatoris sibi ex alto concessam, iustitiam, & communem vtilitatem istius constitutionis, &c. distinctivum, sive qualitatem, qua huiusmodi Bullam legem esse: & non pure preceptum cognoscatur, scilicet, perpetuitatem ponit in presententi. P. Suarez de legib. 1. cap. 10. Gonet tom. 3. tract. 6. de legib. disput. 1. art. 2. & ita decretum huiusmodi obligat, & obligabit, non solum dum SS. D. N. Innocentius vixerit (annos D. Petri utinam videat) sed etiam post ipsius obitum (quem nobis luctuosissimum, sibi vero felicissimum speramus) Quod patet ex praxi aliarum Apostolicarum constitutionum, quoad vsque a successoribus non reuocantur.

309. Quod notare oportet, ne quis æquivocationem patiat, edicta, seu mandata DD. Episcoporum in suis Diocesis, morte ipsorum, a quibus edici & publicari iussa sunt, expirare, nisi sit lex, aut Synodalis constitutio, qua in edictis decreta stabiliantur, audiens, & inde inferens, idem quoque fore de Bullis Pontificijs, dum in ipsis statuta conciliari aliqua lege non confirmantur, & stabiliantur. Ratio diversitatis est, quia edicta Episcopalia solum habent vim preceptorum personalium, quibus essentialis non est perpetuitas; at vero Bullæ Pontificiæ rationem veræ legis Apostolicæ imbibunt (Pontifex enim intra Synodum, & extra Synodum leges condere valet, est enim Summus) de cuius ratione est stabilitas, & permanentia, & durare, & obligare, quoad vsque, novis supervenientibus causis, revocetur; ut colligitur ex cap. Vlt. de offic. leg. & sic ait, Gonet. vb. sup. Vnde DD. communiter hoc discrimen ponunt inter preceptum ab homine datum per modum precepti personalis, & latum per modum legis, seu constitutionis, quod purum preceptum expirat per mortem precipientis, Leg. mandatum, cod. mandati; non verò lex, seu statutum; quia lex non moritur, ut notant Abbas, & alij in cap. irrefragabili S. Cæterum. de offic. Ordinarij. Quod late profequitur Suarez vb. sup.

310. Notandum est quoque, quod licet verbum determinamus

nimus per se solum non denotet, obligare sub lethali, quod sub illo iubetur; bene verò, quando materia est gravis, ut est materia Ordinum, & imponitur pœna gravis, qualis est suspensio, etiam si per annum tantum; nam supponit culpam mortalem. vide Suarez ubi sup. lib. 4. cap. 18.

311. Additur *declaramus*; quia in presenti constitutione, non solum decernit Sanctissimus, quid in futurum observandum sit, sed etiam explicat simul verum sensum, in quo intelligi debeant Canonice Ordinum regulæ, ex quarum sinistra interpretatione, & minus recta intelligentia quàm plurimi abusus, & fraudes prodire; sed hæc eadem declaratio est lex, & ut talis observari debet.

NULLI EPISCOPO, SEU CUIUSVIS LOCI Ordinario, tamen si Cardinalatus honore præfulgeat, licere.

312. Adverte, hanc constitutionem comprehendere omnes Ordinarios, licet Episcopi non sint, qui tamen dimissorias ad Ordines concedere possunt; & etiam omnes Episcopos, etiam si Cardinales sint, ut constat ex expressa distinctione, & mentione, quæ fit in hac clausula; quæ quidem expressio non invenitur in Bullis Pij II. Sixti V. nec Urbani VIII. sed tamen conformis est cap. Eos, qui, & cap. Nullus, de tempor. Ordinatio, ubi Glossa notat, generaliter eos textus loqui, ut omnes, qui Ordines conferre possunt, comprehendat. Unde hæc constitutio, & generalis est, & omnes Episcopos, seu Ordinarios constringit.



EXPLIC. BVL.

PART. XXXVIII.

EXTERVM QVEMPIAM, AC SIBI RATIONE

originis, seu domiciliij iuxta modum inferius declarandum legitime contracti non subditum ad Clericalem tonsuram promoverè cuiusvis Beneficij Ecclesiastici et statim, ac tonsura huiusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is à Patronis presentatus, seu nominatus fuerit or a textu, etiamsi Beneficium prædictum de novo ea expressè adiecta lege fundatum fuisse contulerit, ut quis immediatè post Clericalem

Charactèrem susceptum ad illud insituatur.

313. Ab hac particula incipiunt Decreta; & primò statuit SS. regulam pro iniciandis prima tonsura. Pro quo nota, quod celebris ille Iuris consultus Guido Papa. in suis decision. quæst. 449. existimat, posse ab extraneo Episcopo laico conferri primam tonsuram sine consensu Episcopi sui. Duas affert rationes. Prima est, quia laicus, dum laicus est, non est de foro Episcopi, sed de iurisdictione temporali tantum. Quare cum laicus iurisdictione Iudicis temporalis alterius possit prorogare sine licentia sui Iudicis c. 1. de Iudicijs, leg. Si convenit, de iurisdiction. ita & à non suo Episcopo poterit primam tonsuram accipere sine licentia proprij. & ea ratione nititur respondere cap. 1. & 2. de tempor. Ordin. in 6. vbi putat, agi de Clerico iam facto à suo Episcopo, ut non possit ab alio sine sui licentia alios Ordines recipere, quia iam Clericus factus de iurisdictione sui Episcopi est, quem declinare eo invito non potest cap. Significasti de for. compet. Secunda ratio est; quod non est prohibitum in laico accipere tonsuram ab alieno Episcopo. Sed nullus eorum, qui annotationes super decisiones Guidonis scripsere, hæc sententiam approbat; quinimò Ioannes Ferrerius ait: Utraque ratio falsa est. Nam nec laicus, nec Clericus ab alieno Episco-

po-

PART. XXXVIII.

181.


po ordinari possunt. Et cum agitur de Sacris obtinendis, non de iudice eligendo, non est distinguendum inter Clericum, & laicum, cap. vltim. de tēp. ordinat. cap. Illud. & cap. Primatus 71. distinct. cap. 1. & tot. tit. de temp. Ordin. lib. 6. prohibitum est laicis Ordines accipere ab alienis Episcopis. Videatur Rebuff. in prax. benef. Sed quidquid fuerit antehuius Bullæ expeditionem de hac opinione, quam erroris notavit Diana tom. 2. coord. tract. 5. resolut. 38. num. 3. ex præsentis clausula.

314. Colligitur primò, falsam nunc esse eam sententiam, quia in hac particula prohibetur Episcopo, exterum quempiam sibi non subditum ad primam tonsuram promoverè, & consequentè adhuc dato, quod vera esset secunda ratio, quæ pro se adducit Guido, scilicet, laico prohibitum non esse accipere tonsuram ab alieno Episcopo, hæc opinio sustineri non posset, quia nequit quis licitè aliquid scientè accipere ab eo, qui illicite confert; sed Episcopus, supposito hoc decreto, illicite conferret primam tonsuram sibi non subdito: ergo & iste illicite acciperet. Undè prohibitio, quæ directè respicit conferentem, indirectè respicit accipientem, quia dare, & accipere correlativa sunt, & consequenter eadem vtriusque ratio; immò addit Marchin. de Ordin. tract. 1. part. 5. cap. 5. num. 2. Quinimò magis peccat, qui ab alieno Episcopo, invito proprio, minores Ordines, vel primam tonsuram recipit, quam si maiores ab alieno Episcopo, invito proprio, reciperet; quia per illos à seculari potestate eximitur, cum interdum non expediret, eum inter Clericos enumerari. Ita ponderat Rebuff. delitter. dimissor. num. 16. Quarantà verb. Ordo. pag. 354. v. 2. limita.

315. Colligitur secundò, quod ut quis subiectionem necessariam acquirat, ut ab alio, tam quàm à proprio Episcopo, ad primam tonsuram promoveatur, solum sunt duo tituli, videlicet Originis, & Domicilij. Ne autem videatur, dispositionem cap. Cum Nullus, esse in aliquo innovatam, vel ei aliquid derogatum, cum ita non sit, siquidem hoc solum est de-

Z 2

cla-



EXPLICAT. BVL.

clarare verum sensum, in quo intelligendus est textus ille, sciendum est, quod in præfato cap. *Cum nullus* 2. de tempor. Ord. in 6. loquendo de Episcopo proprio ad Ordines, sub quo nomine latè sumpto etiam prima tonsura comprehenditur, inquit Bonifacius Papa: *Superior intelligitur in hoc casu Episcopus, de cuius Diœcesi est is, qui ad Ordines promoveri desiderat, oriundus, seu in cuius Diœcesi Beneficium obtinet Ecclesiasticum, seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem.* Vnde clarè infertur, quod ad hoc, ut quis alicui Episcopo subiciatur ratione Beneficij, debet illud obtinere, seu possidere; quapropter Ac. ña. & Nicolaus Garcia relati á Barboss. de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 4 num. 55. dicunt, non sufficere solâ collationem, seu titulum Beneficij sine possessione; sed nullus potest possessionem Beneficij capere, immò nec titulum, seu collationem accipere, quin priùs saltém prima tonsura fuerit initiatus, ut omnes concedunt: ergó ratione Beneficij nullus potest subditus fieri alicuius Episcopi, ita ut ab eo ratione illius primâ tonsuram possit accipere, adhuc stando dispositioni text. in c. *Nullus* cit. Patet consequentia. Nam priùs non potest dependere á posteriori; sed priùs est esse prima tonsura initiatum, quam Beneficium possidere: ergó ratione Beneficij possessi nullus potest subditus fieri quoad effectum tonsuram suscipiendi. Patet iterùm hæc consequentia, quia priùs est esse subditum, quam initiari. Vnde regula generalis præfati c. *Cum nullus* per distributionem, quam Dialectici *accomodam* vocant, explicari debet.

316. Sed forsitan diceret aliquis, ad acquirendam subiectionem ratione Beneficij sufficere, Beneficium esse de proximo possidendum. V.g. si ipse Episcopus ordinans vellet statim post collationem tonsuræ Beneficium actu vacans, cuius provisio ad ipsum spectaret, conferre, vel á Patrono presentatus esset, seu nominatus ad Beneficium, seu Capellaniam &c. Sed ut omnibus his, & alijs similibus sinistris interpretationibus, ne dicam, fraudibus, & abusibus præcludatur aditus, inquit SS. *Nulli Episcopo licere exterrum quempiam, & sibi non subditum ratione*

PART. XXXVIV.

183.

tione originis, seu domicilij, iuxta modum in sequentibus particulis declarandum, ad Clericalem tonsuram promoveri, cuiusvis Beneficij Ecclesiastici ei statim, ac tonsura huiusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad, non ille á Patronis presentatus fuerit, prætextu, etiam si Beneficium prædictum de novo fundaretur eâ expressè adiecta clausula, ut quis immediatè post Clericalem characterem susceptum illius collationem suscipiat; quod idem est, ac dicere, quod quocumque modo consideretur Beneficium, seu quibuscumque legibus, aut conditionibus fundatum sit, aut de novo fundetur, numquam ratione illius potest quis fieri subditus alicuius Episcopi, ut ab eo primam tonsuram, tam quam á proprio Præfate, suscipiat; & sic pro initiandis prima tonsura solum restant duo tituli, originis, scilicet, & domicilij, modo postea explicando.

317. Excipiuntur ab hac generali regula Familiares Triennales Episcoporum, Clerum, & oves habentium, qui, non soltî maiores, sed & minores Ordines, & primam tonsuram recipere valent ab Episcopis, quibus famulantur, servatis cõditionibus, quas infra part. 46. videbimus. Hinc autem nullum argumentum sumi potest contra supradicta; quin potiùs corroboratur magis iusta ratio huiusmodi decreti, & declarationis; nam illa exceptio est privilegium, seu lex privata in Tridentino non abrogata, sed potiùs positivè ad minus permissa, Sess. 23. c. 9. pro Familiaribus, quibus Episcopus hac concessione utens, tenetur Beneficium Ecclesiasticum intra mensem post Ordinationem conferre: igitur si Beneficium extero dare statim, postquam Clericali characterè insignitus esset, sufficeret, ut subditus illius Episcopi fieret, quoad effectum suscipiendi Ordines ab illo, quodnam esset privilegium, seu favor Familiaribus concessus?

318. Confirmatur hoc primò; quia ut domesticè hoc favore perfruantur, triennali completo servitio indigent, ut infra videbimus, quod non requireretur in extreris:



ergo isti essent minus gravati, illi verò in nihilo privilegiati. Confirmatur secundò; quia, supposita hac opinione, Familiares Episcoporum Titularium possent ordinari à non suis Prælati titulo Beneficij conferendi, non vt Familiares, sed vt extranei: ergo isti essent non tantum pariter, sed magis favoribus locupletati, quàm Familiares Episcoporum, qui habent Clerum, & oves Catholicas, contra id, quod colligitur ex Tridentino sess. 14. de refo. m. cap. 2. & sess. 23. cap. 9.

PART. XXXVIV.

*PRÆTEREA CLERICVM, QVI LEGITIME
iam à proprio Episcopo ad eamdem Clericalem tonsuram, sed
etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio
Episcopo ratiore, ac timore cuiuscumque Beneficij in illius Diocesi
obteni ad superiores Ordines promoveri, nisi ante eorundem
susceptionem testimoniales litteras proprii Episcopi, tam originis,
quàm domicilij, super suis natalibus, etate, moribus,
& vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo ordinanti in actis
illius curiæ conservandas exhibuerit.*

319. Pro intelligentia huius particulæ supponendum est, Doctores in sup. dicti cap. Cum nullus fundatos indistinctè docuisse, quod sicut potest quis plures diversos titulos, veluti originis, domicilij, & Beneficij in distinctis Diocesisibus habere, ita & à diversis Prælati Ordines valet recipere. V. g. Natus est Petrus Burgis, domicilium Matrini contraxit, & Beneficium Hispali obtinuit: potest hic, dicebant, ab Archiepiscopo Burgensi, Toletano, & Hispalensi Ordinibus insigniri, & si plura in distinctis Diocesisibus Beneficia obtineret, à singulis

lis Prælati Diocesisum, vbi Beneficia sita sunt, posset ordinari. Videatur Dicastillo, Lesius, Diana, & alij quamplures citat. à Leandro tract. 6. de Ordin. disp. 8. q. 7. Ars de Kin. tom. 2. part. 2. tract. 4. cap. 8.

320. Hinc inter ipsos mota est quæstio, an talis posset in Ordinatione Prælatos variare, hoc est, vnum Ordinem ab vno Prælato accipere, & alterum ab alio? Huic dubitationi respondet aliqui posse variare, id est, posse Petrum Clericali tonsura ab Archiepiscopo Burgensi, minoribus Ordinibus ab Archiepiscopo Toletano, & Subdiaconatu ab Hispalensi initiari: imò addunt, quod si alia Beneficia Cordubæ, & Giennij habèret, posset Diaconatum ab Episcopo Cordubensi, & Presbyteratum à Giennensi suscipere. Pro hac sententia Diana, tom. 2. Coord. tract. 5. resol. 35. citat Zypæum, & resol. 36. Aversam, & Squillante. Et resol. 37. Trullenhc, qui ex consilio suo asserit, in praxim redactam hanc opinionem in Archiepiscopatu Valentino; & resol. 56. Acugnam, Garciam, & Præpositum, Dianam sequitur Dicastillo tract. 7. disp. 1. num. 230. & istos Anton. à Spiritu Sanct. in Director. Confessar. part. 1. tract. 9. disp. 3. sect. 2. eam tenet etiam Aversa. q. 3. sect. 4.

321. Fundamentum huius opinionis erat, tum, quia etsi hunc Episcopum modò elegerit, non ideò desinit esse subditus à iure aliorum, ergo dū variat, utitur iure suo, consequenterque nemini facit iniuriam: tum, quia per primam electionem non abdicavit à se ius eligendi, quod habebat; tum, quia Doctores citati num. 15. v. 3. Episcopus absolute docent, habentem plura Beneficia in diversis Diocesisibus posse, à quo maluerit Antistite ordinari; tum & præcipue; quia id nullo iure reperitur expressè prohibitum. Ita discurret Trullenhc. de Sacram. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 27.

322. Hanc ultimam rationem ponderat Zypæus in consult. Canon. lib. 1. de ætat. & qualitat. Ordin. Consil. 3. ibi: Siquidem nullus id iuris textus prohibet: & regula est, vt iure permissum censeatur, quod non invenitur prohibitum: eò magis



magis, quod in iure expressa sit concessio, ut adire liceat quemcumque lubeat originis, domicilij, aut Beneficij Episcopum; neque hæc exceptio adijciatur, neque verò ullibi decernatur, quod per aditionem unius Episcopi, aliter fiat alienus, sed non proprius. Ordinationis autem legitime causa efficiens, & propria est una trium causarum originis, domicilij, seu Beneficij; iurisdicção ordinantis in ordinandum; qua manente, manet legitima possibilitas effectus; neque pactis, aut factis privatorum, manente causa, potest ea legalis possibilitas tolli.

323. Hoc tamen non obstanti, Molfesius cum alijs in sum. tom. 1. part. 2. cap. 2. num. 10. inquit: est notandum quod si subditus aliquo ex prædictis modis (id est, originis, domicilij, Beneficij, seu triennalis Episcopi familiaritatis) semel elegerit unum Episcopum, à quo aliquem Ordinem suscepisset, non possit variare, & assumere alios Ordines ab alio ex dictis Episcopis, nisi Episcopus, qui prius illum ordinavit, iudicasset cessare causam Ordinationis, & remitteret Ordinatum ad alios ex dictis Episcopis. Ita post Archidiaconum in cap. nec captandæ de concess. Præbendæ. Achilæ de Grassis decis. 13. in tit. de pens. Quarant. verb. Ordo, & alios notat Riccius in prax. tit. de Sacram. Ordinis decis. 306. quoniam si semel est factus subditus Episcopi ordinantis, cuius est onus provide-re illi de Beneficio, & sic de alijs iuribus Episcopalibus, non potest talis subditus eligere alium Episcopum in præiudicium electi per primum Ordinationem. Hucusque Molfesius, quem sequitur Barboss. de offic. & potestat. Episc. Alleg. 4. num. 1. Bonacina de Sacram. Ordin. disp. 8. q. vnic. punct. 4. n. 20. March. de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 5. cap. 10. num. 6. quamvis in cap. 7. n. 14. cum aliqua limitatione videtur dixisse, ibi: Observandum est primò, Episcopum ratione domicilij tantummodo posse aliquem prima tonsura, vel minoribus Ordinibus initiare, non verò alijs Ordinibus, ubi Episcopus originis eundem ordinasset ad titulum Beneficij residentis, vel ad titulum patrimonij pro necessitate, & utilitate sua.

sue Ecclesiæ: tunc enim, et si dictus Clericus domicilium ad alium Episcopatum transferret, non posset ab eo Episcopo ratione domicilij contracti promoveri ad Diaconatum, & Presbyteratum, quia tunc remitti debet ad priorem Episcopum, ut inseruiat Ecclesiæ, cui prius fuit adscriptus. Ex Trid. sess. 23. de reformat. cap. 16. atque sic docent Quarantia verb. Ordo vers. circa tertium, Piaset. in sua prax. tit. de Ordin. num. 9. vers. ampliant. 2. Iulius Cæsar Madius de Sacram. Ordin. 8. num. 11. vers. quod de Cleric. Quibus addo Vgolin. de potestat. Episc. cap. 26. §. 2. num. 3. circa finem. Barboss. ubi sup. num. 45. Dian. ubi sup. resol. 38.

324. Fundamentum præcipuum huius sententiæ est decretum Trident. sess. 23. de reformat. cap. 16. quod sic se habet: Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesijs, Sancta Synodus vestigijs sextæ Synodi Chalcedonensis inherendo, statuit, ut nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus; nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum, in consulto Episcopo, deseruerit, ei Sacrorum exercitium interdicitur. Nullus præterea Clericus peregrinus sine commendatitijs sui Ordinarij litteris ab ullo Episcopo ad Divina celebranda, aut Sacramenta administranda admittatur.

325. Unde infertur, quod ille, qui in una Diocesi ratione originis, & domicilij ad primam tonsuram, seu minores Ordines promotus est, nequit ad alium Episcopum pro Subdiaconatu, adhuc ad titulum Beneficij in illius Diocesi, obtenti, recurrere, nisi licentiam à primo Episcopo obtinuerit. Ratio est, nam, vel Clericus recutrit cum animo primam Ecclesiam deserendi, vel non? si primum; indiget licentia, quia nequit eam inconsulto Episcopo deserere sub suspensionis pœna, nec in alia Ecclesia sine commendatitijs sui Ordinarij litteris admitti. Si dicatur secundum; non spectat ad extraneum Episcopum, de necessitate

aut vtilitate ad superiorem gradum promovendi Clericum, qui in sua Diœcesi permansurus non est, iudicare: & ita sine consensu primi Episcopi, qui Ordinationem incepit, numquam poterit ad superiorem gradum ascendere, vel ab alio Prælato admitti, vt ab eo recipiat Ordines, aut istos in sua Diœcesi exercent.

326. Explicatur hoc exemplo: miles, qui sub aliquo Duce factum erunt semel dixit, nequit ad aliam legionem, etiã si eiusdem Regis sit, sine licentia primi Ducis transire, sed debet sub ipsius vexillis, & imperio militare: ita quoque in Ecclesiastica militia, quæ vti Castrorum accies ordinata est, qui alicui Ecclesiæ adscriptus est, nequit illam deserere, & ad aliã transire sine consensu Episcopi, seu Ducis primi, sub cuius obedientia stipendia Clericalia promereri decrevit; licet vnus, & alter exercitus eiusdem sint Domini Sabbaoth: aliter bonus Ordo confunderetur.

327. Totum hoc convenit cum decretis Concilij Chalcedonens. cap. 2. relat. distinct. 71. cap. 4. ibi: *Clericos in suis Ecclesijs constitutos, sicut iam deffinivimus, non liceat in alterius Civitatis Ecclesijs ordinari, sed quiescant in ea, in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias Civitates perdididerunt, & ex necessitate ad alias Ecclesias migraverunt; si vero quicumque Episcopus post deffinitionem istam ad alium Episcopum pertinentem Clericum susceperit, placuit Sanctæ Synodo, & eum, qui suscepit, & eum, qui susceptus est, tamdiu excommunicatos manere, quamdiu ipse Clericus revertatur ad propriam Ecclesiam.*

328. Ethinc patet solutio fundamenti primæ opinionis, quia licet ille, qui plures habet titulos, plura etiam habeat iura, & qui libet possit iure suo uti; cœterum id intelligitur, quando tituli, & iura expedita sunt, & in nullius vergit præiudicium alterius vsus: in nostro autem casu, qui originem, domicilium, & Beneficia in distinctis Diœcesibus obtinet, licet eo ipso diversos titulos, & iura assequatur; cœterum semel electo vno Præ-

Prælato, vt ab eo Ordines accipiat, non potest pro libito variare; quia quamvis non idè reliquos titulos, & iura amittat; attamen manet impeditus, ne eis vti valeat sine licentia primi Episcopi, cuius Ecclesiæ adscriptus fuit, & pro cuius necessitate, aut vtilitate ad Ordines assumptus est, iuxta præscriptum Tridentin. sess. 23. cap. 16. cit. vnde etiam inferitur, dari textũ has variationes pro libito factas prohibentem contra id, quod ponderabat Zypæus: & si fortè sunt Episcopi, qui de his variationibus non sint conquesti, nec transitus, quos ad alias Diœceses sine licentia sua Clerici faciebant, dignis pœnis punivère, fuit, vel quia dolum, aut fraudem in eo non agnoverunt, vel quia iam vbiq; suppetunt Clerici, vel fortè aliqui sunt tales, vt ipsis carere summa fœlicitas censeatur.

329. In hac difficultate videtur mihi innegabile, cum, qui prima tonsura, vel Ordinibus minoribus est initiatus per aliquem Episcopum, posse variare, & per alium ad superiorem gradum promoveri. Ratio est manifesta; nam stabilitum relinquimus in anteced. part. quod tituli communes ad subiiciendum se alicui Episcopo ad effectum suscipiendi Ordines ab eo, sunt tres; arqui pro prima tonsura iniciandis solùm sunt duo, scilicet originis, & domicilij: ergò vt detur locus tertio, videlicet Beneficij, præcisè dicendum est, quod potest variatio fieri, id est, quod potest Petrus V. g. ad titulũ Beneficij aliquo gradu insigniri ab Episcopo distincto ab eo, qui eũ prima tōsura iniciavit.

330. Cœterum pro certo quoquẽ habeo, primam opinionem indebitè ad praxim redactam occasionem dedisse varijs fraudibus, & abusibus, de quibus apud Sanctissimum querelas dedere quam plurimi Episcopi, & Archiepiscopi, vt supra vult est part. 29. & quidem etiam credo, quod si ea Auctores sui patroni prævidissent, proculdubiò sententiam modificassent, & circumstantias, quæ concurrere debebant, vt licitè practicaretur, explicassent; quaproptèr secundam sententiam absolutè amplectendam arbitror; siquidem hæc non negat, posse Ordinandum variare Prælatos, sed id cum licentia, permisso,



EXPLIC. BVL.

190. aut notitia primi, qui Ordinationem cœpit, faciendum asserit.

331. Hæc sententia conformis est Sacris antiquis Canonibus; nam in Concilio Carthaginens. 3. cap. 21. & refert. distinct. 72. cap. 2. decretum fuit: *Clericum alienum, nisi concedente eius Episcopo, nemo audeat, vel retinere, vel promovere in Ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam Lectores, & Psalmista, & Ostiarij retinent.* Et cap. 3. ead. distinct. refert. aliud decretum Concilij Milevitan. cap. 15. quod ait. *Placuit, ut, quicumque in una Ecclesia, vel semel eligitur, ab alia Ecclesia ad Clericatum non teneatur.* In quibus, & alijs plurimis textibus, quos omitto, & videri possunt in epit. Iuris Canon. vet. lib. 4. tit. 50. & lib. 8. tit. 31. et apud Hallier vb. sup. pag. 600. supposita doctrina cap. *Neminem* 1. dist. 70. prohibetur recipere, aut promovere Clericum alienæ Diœcesis, etiam dato ipsi titulo, seu Beneficio in alia Parochia sine licentia Episcopi prioris, qui eum ad Clericalem tonsuram, seu primos gradus promovit.

332. Sed ut omnis tollatur quæstio, & dubitatio, & certo sciamus, quid in futurum observandum sit; & etiam ut opportunum remedium fraudibus, & abusus in praxi primæ opinionis expertis adhibeatur, disciplinaque vetus Ecclesiastica instauretur, decernit nunc, & declarat SS. D. N. *Clericum, qui legitime iam à proprio Episcopo originis, seu domicilij ad primam Clericalem tonsuram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cuiuscumque Beneficij in illius Diœcesi obire (cuius iam est capax, suscepto ab Episcopo proprio Clericali caractere) ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem testimoniales litteras proprii Episcopi, tam originis, quam domicilij, super suis natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo ordinanti in actis illius curiæ conservandas exhibuerit.*


333. Circa hoc decretum notandum est primò, quod cum

PART. XXXVIV.

191.

cum his testimonialibus litteris, quæ S. B. iubet afferri ab ordinando, plura bona consequuntur. Primò vetus illa disciplina Ecclesiastica varijs Canonibus, & Concilij statuta instauratur, scilicet, ne Clericus sine litteris sui Episcopi discedat, neve ab ullo suscipiatur. Ap. Ant. Aug. in Epit. Iur. Canon. vet. lib. 8. tit. 30. per tot. cap. *Extraneo*. cap. *Hortamur*. & cap. *Nullus* distinct. 71. Secundò in illis saltè virtualitèr concedunt Prælati, quod sui Clerici ad ministrandum alijs Ecclesijs, relictis primis, quibus adscripti fuerant, transeant, & consequenter etiam ad suscipiendum superiores Ordinum gradus, novo adepti titulo, sine violatione decreti Tridentini, & Canon. cit. num. 327. & 337. Tertio, vitantur Prælatorum inter se contentiones, querelæ, & offensiones, quarum meminit cap. 1. & 6. distinct. 71. ibi: *Prælati Episcopus Vegesitanus dixit: (in Concil. Carthag. cap. 21.) suggero sanctitati vestræ, ut statuas, non licere Clericum alienum ab aliquo suscipi, sine litteris Episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum obtineat sine conscientia eius Episcopi, de cuius plebe est. Gratus Episcopus dixit: hæc observantia pacem custodit, nam & memini in Sanctissimo Concilio Sarcidensi statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet: sed, si forte erit necessarius, petat à Collega suo, & per consensum habeat.* Vide etiam Hallier citat. loc.

334. Quarto præcluditur aditus, fraudibusne indignus ullus furtivè, & secreto ad ministeria Sacra introducatur, Beneficij in alia Diœcesi sollicitans, ut ad eius titulum se promoveri faciat, sine notitia sui proprii originis, seu domicilij Prælati, cui nota sunt ipsius vita, & mores, sicut causæ, ac motiva, quæ ipsum ad quærendum Ordines in alia Diœcesi, ubi natus non est, compellunt, quod præcavere cupiens Concil. Arausican. cap. 8. cit. à D. D. Ant. Aug. vb. sup. lib. 4. tit. 50. cap. 16. statuit; *Si quis alibi consistentem Clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habitet, nec eum sine consultatione eius Episcopi, cum quo ante habitavit, ordinare præsumat, quia*



EXPLIC. BVL.

192. *quia non sine causa diu ab alio non ordinatus remansit.* Sicut & ante huius Bullæ expeditionē observabāt quamplures Prælati, in nostra Hispania præsertim, qui nullum exterum sine consultatione, informatione, aut testimonio sui Prælati originis, vel domicilij ad Ordines admittebant. Obiter dico, quod Hallier pag. 615. §. 2. num. 4. existimat, etsi coniecturaliter tantum, ex hoc decreto initium sumpsisse consuetudinem postea firmatam, videlicet, quod DD. Episcopi suos Familiares sine dimissorijs proprij Episcopi ad Ordines promoverent.

335. Noto secundó, quod ille, qui domicilium contraxit in loco distinctæ Diœcesis ab ea, vbi natus est, debet testimoniales litteras obtinere, non solum ab Episcopo proprio originis, sed etiam ab Episcopo domicilij, quod procedit; sive Clericali tonsura initiatus fuerit ab vno, & Ordinibus minoribus ab altero, sive solum ab Episcopo originis, vel solum ab Episcopo domicilij tam Clericus factus, quam in minoribus sit constitutus, quæ sunt tres combinationes, quæ fieri possunt in casu præfenti. Ratio est, quia ita deducitur ex textu litterali Bullæ, quia cum supra initio huius clausulæ, loquendo de Ordinibus, dixisset: *proprii Episcopi*, nec originem, nec domicilium exprimens, aut inter illa distinguens, postea mentionem de testimonialibus agendo litteris, vtriusque meminit, non cum aliqua disiunctiva, vt posset, relationem ad Episcopum, á quo ordinatus esset, faciendo; sed cum vocibus coniunctivis: *ab Episcopo tam originis, quam domicilij*; ac si diceret; qui á proprio Præfato, quicumque is sit, promotus fuerit, si in alia Diœcesi ratione Beneficij ad superiorem gradum provehi desiderat, debet prius testimoniales litteras, non solum ab Episcopo originis, sed etiam domicilij afferre.

336. Sed hoc intelligendum est, dummodó á Diœcesi originis, in ætate, qua aliquo potuisset irretiri Canonico impedimento, exiverit, modo infra part. 42. explicando; nam sicut ille, qui domicilium extra Diœcesim propriæ originis non contraxerit, non indiget (in casu, de quo loquimur, suscipien-

PART. XXXVIV.

193.

di, scilicet, Ordines, ratione subiectionis Beneficij titulo obtentæ) testimonialibus alterius iteris Episcopi, quam originis, qui Clericali Characterè insignivit, aut etiam ad minores Ordines provexit: ita quoque, qui infantulus natale solum, quia parentes domicilium mutarunt, vel ex alio accidenti deseruit, non indiget in rigore huius Bullæ testimonialibus litteris Episcopi originis, sed poterit post domicilium legitime, vt infra, contractum prima tonsura ab Episcopo proprio domicilij initiari, & deinde ad minores, seu etiam ad maiores Ordines ab alio Episcopo titulo Beneficij promoveri, si testimoniales litteras ab Episcopo domicilij, qui eum ad primam tonsuram promovit, prius sibi concedi obtinuerit.

337. Hæc intelligentia litteræ textus colligitur ex fine huius decreti in antecedenti nota declarato: siquidem hæc litteræ testimoniales non solum requiruntur, vt primi Prælati, qui ad tonsuram, vel minores Ordines aliquos promoverunt, suum consensum præstent, vt Clerici pro necessitate, aut utilitate suarum Ecclesiarum promoti eas deserant; sed etiam præcipue, vt de vita, & moribus ordinandorum habeatur notitia, & nùm aliquo irretiti fuerint canonico impedimento, agnoscat, vt clarè deducitur ex part. 42. & 45. sed ad hoc necessariae sunt testimoniales litteræ, Episcopi, tam originis, quam domicilij; licet aliquis eorum nullum contulerit Ordinem, nec adhuc Clericalem tonsuram, ad titulum Beneficij promovendo: ergò hæc clausula in præfato sensu est intelligenda.

338. Cæterum cum negari non possit, decreta hæc pœnalia esse, licet omnes dicere possemus SS. D. N. Innocentio, quod Grato Episcopo dictum est in Concil. Carthagin. 1. super quadam determinatione: *Omnibus provides: & Clero, & laicis consulis.* Apud. Ant. Aug. vb. sup. lib. 8. tit. 30. cap. 12. asserendum est quoque, loqui in præfenti Sanctissimum de Episcopo rigorosi domicilij, de quo infra: & cum non sit idem domicilium, ac habitatio, vt distinguunt cum omni proprietate March. vb. sup. tract. 1. part. 5. c. 7. Castro Palao part. 4. tract.



EXPLIC. BVL.

27. disp. vnica punct. 15. n. 5. inde fit, quod licet ordinandus moram fecerit, seu habitaverit in alia Diœc. eſi aliquo temporis intervallo, in rigore iuris huius Bullæ, meo videri, non indiget testimonialibus litteris Episcopi habitationis; nec pœnam suspensionis incurret, eſi diligentia hæc prætermittatur.

339. In hoc Archiepiscopatu iubetur ordinando sub iuramento, vt ante Vicarium generalem, seu quem ipse delegaverit, loca, vbi spatio sex mensium adminus habitationem habuerit, declaret, vt testimonium de vita, & moribus afferre cogatur ex omnibus Diœcesibus, vbi resederit, licet domicilium rigorosum non contraxerit, ex illo generali principio, de quo sup. part. 15. quod informationes ad Ordines fieri debent in omnibus locis, vbi aliquod canonicum contrahere potuit ordinandus impedimentum, ad modum, quo sunt pro contrahendis matrimonijs. Qui veritatem non aperuerit, ad excusandas has diligenterias, seu expensas, vel ex alio motivo, grave committet sacrilegium, & periurus erit, ac vt talis condignis pœnis affici poterit; non tamen pœnas huius Bullæ incurret.

340. Noto tertio; quod ille, qui prima tonsura initiatus est ab Archiepiscopo Burgenſi. V. g. si postea domicilium Matriti fixit, & ad minores Ordines ab Archiepiscopo Toletano promoveri cupit, licet non sit ad titulum Beneficij, sed ratione domicilij debet afferre testimoniales litteras Archiepiscopi Burgenſis. Ratio est; nam si eas debet petere ab Archiepiscopo originis, casu, quo à loco, vbi natus est, discedat in ea etate, qua aliquo potuerit canonico impedimento irretiri, licet nec Clericalem tonsuram ab Episcopo præfato originis receperit, multo potius in hoc casu. Primo, quia militant fundamenta, & moriva in prima nota expressa. Secundo, quia supponi debet, quod tonsuram ei contulit ei etate, qua in impedimentum canonicum contrahere potuit, & sic saltè, ex dispositione part. 45. hic casus comprehenderetur.

341. Noto quarto; idem dicendum esse in casu, quo Ordinandus ad titulum Beneficij in Toletana Diœcesi, esset iam in

Bur-

PART. XXXIX.

195.

Burgenſi, quæ erat originis, vel domicilij, ad titulum, vel cum congrua alterius Beneficij, Capellanæ, vel patrimonij ad Subdiaconatum, vel Diaconatum promotus; hic non posset in alia Diœcesi ad titulum, & ratione alterius Beneficij ad superiorem gradum ascendere, nisi prius litteras testimoniales de natalibus, etate, vita, & moribus ab Episcopo tam originis, quam domicilij sibi concedi obtineret. Prima ratio est; quia hic est sensus litteralis, & proprius illorum verborum *ad vltiores Ordines*, vbi omnes vsque ad Presbyteratum comprehenduntur; & ita licet in illis verbis, *quiam legitime à proprio Episcopo ad eandem Clericalem tonsuram, seu etiam minores Ordines*, non exprimat qui ad Subdiaconatum proventus sit; ex contextu tamen inferitur, comprehendi, quia si ille, qui in minoribus constitutus, vel etiam prima tonsura, non potest ad aliam Diœcesim transitum facere, vt iobialijs Ordinibus titulo cuiuscumque Beneficij insigniatur, sine litteris testimonialibus sui Episcopi, tam originis, quam domicilij; multo minus; qui Subdiaconatus munere donatus est, arg. à minori ad maius negativè, iuxta Gloss. in reg. Iur. 53. *Quod non licet in minori, nec in maiori.* cap. *Cum in cunctis*, de electione; quia in Subdiacono pugnant validiori efficacia rationes secundæ sententiæ sup. propositæ, & motiva testimonialium notabili primò expressa.

342. Secunda ratio huius notabilis est, quia Subdiaconus etiam est Acolytus, Exorcista &c. ergo comprehenditur sub hoc decreto: & mentionem non fecisse de Subdiaconatu, est, quia cum ad recipiendum hunc gradum opus sit novo titulo Beneficij, seu Capellanæ, cuius redditus ad victum sufficiat, & illuc vsque solum de titulo originis, & domicilij, ratione cuius potest ad primam Clericalem tonsuram, & etiam ad minores Ordines promoveri, quamvis congruam non habeat, meminerit, ideo Subdiaconatum non nominavit, nec fuit necessarium, dicendo postea *ad vltiores Ordines*: vnde illa verba *Clericalem tonsuram, seu etiam minores Ordines* ponuntur demon-

B b

tra-



trativè, non taxativè; & significant idem, ac si diceretur: *quò aliquem Ordinem receperit, ut tonsuram Clericalem, vel etiam minores Ordines, &c.* non verò, *qui tonsuram, vel quatuor minores tantum &c.* Nec est vel leve fundamentum ad ea ita exponendum.

343. Noto quintò: formulã testimonialitii non esse aliã, quam litterarum, quas commendatitias vocant, quæ dari solent Clericis de licentia suorum Prælatorum à proprijs Ecclesijs proficiscentibus, in quibus attestatio datur de Ordinibus, quibus insignitus est Clericus peregrinus; quòd non est excommunicatus, vel alia cæsura innodatus; quòd non abit fugitivus, nec habet Beneficium residentiale: & commendatur, ut cum ad alias Dioceses declinaverit, benignè recipiatur &c. In hunc ergò modum debet esse comatus iste, quo commendari debent ordinandi ex alijs Diocesis ab ea, in qua Ordines sunt recepturi, Oriundi; & solum est speciale in his litteris, quòd debet testimonium dari de natalibus, ætate, moribus, & vita. Distinguntur autem litteræ testimoniales à dimissorijs, quia in his concedit Episcopus subdito, ut à Prælato non proprio Ordines recipiat, & etiã Prælato, ut suo non subdito Ordines conferat, & pro eis recipiendis mittit subditum ad Prælatum alienum; & idè vocantur *Dimissoria*; cæterùm per litteras testimoniales nulla licentia datur Episcopo Beneficij, qui ratione illius sit Prælati proprius, ad conferendum Ordines; nec subdito ad recipiendum; solum ergò datur testimonium de natalibus, ætate, moribus, & vita ordinandi pro tempore, quo in Diocesi originis, seu domicilij degit, & ad summum virtualis cõsensus, ut Clericus deserat primam Ecclesiam, cui adscriptus erat, & aliam adeat, nõ obstante iure acquisito ab Episcopo, cui cedit.

344. Et hæc differentia inter dimissorias, & testimoniales litteras est notissima; & deducitur ex Tridentino sess. 29. de reform. c. 8. vndè apparet, quòd ille, qui habet Indultum de *extra tempora* à Sede Apostolica, ut à quocumque Catholico Antistite &c. ordinari possit, indiget litteris testimonialibus pro-

proprij Ordinarij, etsi ab extraneo executioni mandandum sit; non autem dimissorialibus. Marchin. cum alijs vb. su. part. 7. c. 6. num. 15. nisi in Indulto aliud exprimatut, ut vidi exprimi in modernis; similiter constans est, Capitula Cathedralium, Sede vacante, non posse intra annum Dimissorias vniversalitè concedere; ex Trident. sess. 7. de reform. cap. 10; benè verò Testimoniales, nisi Brevia vicinioribus Episcopis directa concedantur. Quo casu adhuc debere viciniorum Episcopum, requirere testimonium, seu informationem à Vicario Capituli, notat Monet. apud eumd. March. part. 6. cap. 3. n. 18. vndè etiam liquet: has testimoniales litteras ad præscriptum huius Bullæ, Sede Episcopali vacante, debere exigi à Capitulo, & posse ab illo concedi, etiam intra annum, etiam his, quibus dimissorias dare non possit. Pro maiori autem claritate hæc formula hic apponitur, ex qua aliæ, mutatis mutandis, deduci poterunt

Formula testimonialium.

D. N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N. &c. Vniversis, & singulis &c. (vel Illustrissimo & Reverendissimo D. D. Episcopo N.) Dilectus Nobis in Christo filius N. oriundus ex oppido N. vnius nostræ Diocesis Nobis exposuit (vel exponi nobis fecit) quòd ipse in Diocesi N. Beneficium, quòd sibi ad victum sufficiat, pacificè possidet (vel est in actuali servitio U. Illustrissimæ Dominationis) Ordinibusque insigniri pro arctiori Dei famulatu desiderat; cumque ad effectum huiusmodi consequendum nostris testimonialibus litteris ad præscriptum Bullæ SS. D. N. Innocentij Papæ XII. quæ incipit: *Speculatores domus Israel*, indigeat, suppliciter exoravit, ut eas ipsi concedere dignaremur. Nosque, quia veritatis testimonium proferre iustum, & congruum esse ducimus, eius precibus humiliter porrectis, ac pio desiderio annuentes, legitima informatione præmissa, notum facimus & attestamus V. Illustrissimæ Dominationi, supradictum N. esse filium legitimum, &



naturalem N. & N. incolarum dicti oppidi de N. huius nostræ Diœcesis, à Iudæis, Saracenis, Hæreticis, Neophitis, aut per Sanctæ Inquisitionis Tribunal pœnitentiæ addictis originem non ducere; quinimò ex Christianis, & honestis (vel nobilibus) parentibus esse procreatum, & in vigesimo secundo ætatis suæ anno constitutum, primaque tonsura (vel minoribus Ordinibus) à N. rectè, & ritè initiatum; dumque in hac nostra Diœcesi, vsque ad decimum sextum à nativitate sua annum vitam egisset, fuisse virum bonæ vitæ, honestæ famæ, ac conversationis, probis moribus præditum, Ecclesiasticisque rebus deditum: per nostram curiam non esse suspensum, interdictum, aut excommunicatum, nec apud eam de crimine aliquo convictum, immò nec accusatum, vel aliquo alio impedimento canonico (quod Nobis constet) irretitum, quominus ad vltiores Ordines, servatis aliàs iuxta S. Trident. Conc. il., & præfatæ Bullæ Decreta servandis, promoveri possit, prout de prædictis omnibus Nobis constitit, & constat, &c. In quorum fidem, &c.

Hæ litteræ conservari debent cum cœteris informationibus, scrutinijs, & instrumentis ad Ordines pertinentibus, & est etiam de illis expressa mentio in consueto collatorum Ordinum testimonio, quod ab Episcopo Ordinatore datur Ordinatis, faciendâ.

345. Colligitur ex nupèr dictis, quòd pro his testimonialibus concedendis, non exigitur epistola vulgo dicta *requisitoria* ab Ordinario Beneficij ad Ordinarium originis, vel domicilij missa, vt in virtute illius capiatur informatio ad normam ibi expressam; nec in communi modo loquendi informationes sic factæ vocantur testimoniales, etsi in re idem sit. Vndè quamplurimi Prælati Hispaniæ, inter quos Toletanus, ita practicarunt, testimoniales litteras, à nullo Prælato requisiti, pro observantia huius Bullæ concedendo, quas originales ego vidi: nec ex textu Bullæ aliud deducitur; non enim dicit SS. quod Episcopus Beneficij inquiret, & multò minus requirat, quod plûs sonat

in praxi forèsi, ab Episcopo originis testimonij de natalibus, moribus &c. Sed, quod promotus ad aliquem gradum ab Episcopo proprio, non possit ab alio Episcopo ratione cuiuscumque Beneficij ad vltiorem gradum promoveri, nisi priùs testimoniales litteras ab Episcopo, tam originis, quàm domicilij concedi sibi obtinuerit. Quare sensus planus huius clausulæ meo videri est, quod ordinandus testimoniales petat, & Episcopus, si ita oportere iudicaverit, scû nihil in contrarium habeat, eas, facta priùs informatione sibi magis bene visa (vt pro ordinandis fieri solet) per se, vel per Vicarium Generalem, concedat, attestando, quod sibi notum fuerit de natalibus, & quoad mores solum de tempore, quo in sua Diœcesi commoratus fuerit; in quo, vel positivè laudando, vel negativè non damnando se continebit, prout ex depositionibus constiterit; in hoc autem suam conscientiam non onerat; ad minùs non maius deficiendi in eo discrimen subit, quàm si auctoritas iudicialis super informatione in vi requisitoria facta interponenda esset.

346. Fateor autem in substantia idem esse, procedere vno, vel alio modo; cœterùm censeo præferendum, quem dixi, tum propter dicta; tum quia requisitoria epistolæ regularité diriguntur ad Vicarios Generales, vtpote ab alijs Provisoribus missæ, & posset non rarò evenire, vt Vicarius Generalis inconsulto Episcopo adimplerem daret requisitoria, ignorando plura, quæ Episcopo nota erant extraiudicialité circa mores ordinandi, cum ferè semper negotia ad Ordines spectantia penes Episcopum sint, & sic testimonium bonitatis iuxta informationem daretur ei, cui Episcopus Ordinationem interdixisset; tum etiam, quia quando mittitur requisitoria, est danda causa, si fortè non possit adimpleri, nec expediat candidatum approbari; hæc autem multoties non est in iudicio probata, nec oportet propalari. Si autem ipse ordinandus testimoniales peteret, vel Episcopus non debèret causam exprimere, vel sufficeret ei verbalitér significare, vt à petitione desisteret.

347. Antequam ad alia divertamus, exurgit hic dubium

EXPLIC. BVL.

valde practicum initio executionis huius Bullæ, de quo consultus fuit quidam mihi amicissimus. Petrus oriundus ex Diœcesi Burgenfi degit Matriti ferè ab incunabulis: vtendo autem iure originis primâ tonsurâ, seû etiam minores Ordines ab Archiepiscopo Burgenfi, vel ab alio cû eius dimissorijs, recepit: dein de Beneficium sufficiens ad victum in Toletana Diœcesi assequutus est, ad cuius titulum ad Subdiaconatus gradum promotus fuit, ante huius Bullæ expeditionem: ad vltiores gradus ascendere cupiens, inquit; an testimoniales litteras ab Archiepiscopo Burgenfi petere debeat? Videtur, quod non; quia domicilium, vel saltêm habitationem Matriti habuit à teneris annis, seû à tempore, antè quam rationis radius illuxisset; vnde mores illius Burgis deprehendi non possunt, sed debent Matriti inquiri: est iam in Subdiaconatu constitutus, & assignatus Ecclesiæ sui Beneficij, nec potest eâ deferere sine cõsensu Archiepiscopi Toletani; & sic videtur, quod cessant in hoc casu rationes primi notabilis.

348. Nihilominus respondetur, teneri; primò, quia à proprio Episcopo legitimè ad primam tonsuram, & minores Ordines promotus est: ergò nequit ab alio ad vltiores Ordines ratione Beneficij, quod in Diœcesi Toletana possidet, promoveri, nisi prius testimoniales litteras à proprio Ordinario Burgenfi concedi sibi obtinuerit. Nec valet dicere, quod mores huius Ordinandi nequeunt Burgis dignosci, quia id est per accidens; non autem observare formam à Sanctissimo nunc præscriptam: poterit etiam Archiepiscopus Burgenfis testimonium positivum dare de natalibus, & ætate; de moribus verò & vita, atq; censuris, negativû, hoc est, quod non constat ipsi, &c. Addêdo causalè, quia extra Diœcesim habitavit: reliquâ informationè ad Ordinatore, cui incumbit plena probatio, remittens.

349. Nec etiam valet dicere, quod iam est ordinatus Subdiaconus. Nam contra est: si Petrus, non esset ad Subdiaconatum promotus, deberet testimoniales litteras à proprio Ordinario afferre; ergò etiam licet sit iâ Subdiaconus; patet antecedens

PART. XXXIX.

201.

dens ex nuper dictis, & iterum probo, quia licet hic haberit domicilium Matriti, attamen habet originem Burgis, & adscriptus fuit Ecclesiæ, pro cuius necessitate, aut utilitate fuit ordinatus; potuit etiam Beneficium quærere, & acquirere in fraudem sui Prælati, vt suam disciplinam, examen, & probationè effugeret: ergò adhuc cõcurrerent in illo aliqua motiva ex his, quæ notabili primò explicuimus. Idèò consultò sit mentio testimonialium Episcopi originis in duabus clausulis: in hac absolutè, sine expressione, an à loco propriæ originis abfuerit ordinandus, vel non, in ætate, qua potuerat aliquo canonico impedimento irretiri: in particulis autè 42. & 45. cû dicta expressione, vt dubitari non posset, quod ille, qui à proprio Prælato originis Clericali tonsura, aut Ordinibus minoribus insigniretur, debet postea testimoniales litteras ab eodem petere, nec sine illis ad vltiores Ordines ascendere, etsi in propria Diœcesi domicilium non habuerit, id est, licet à loco propriæ originis discesserit in ea ætate, qua nullum potuerat impedimentum contraxisse.

350. Consequentia autem sic probatur: quia adhuc restant Ordines recipiendi, videlicet, Diaconatus, & Presbyteratus: nec Bulla ait ad ad *Subdiaconatum*, sed ad *vltiores Ordines*: ergò præfatus Petrus in casu, de quo loquimur, obligatur in hac parte ad eius impletionem, & tenetur testimoniales petere, etsi sit Subdiaconus. Probatur hæc consequentia; quia non est facta impossibilis impletio legis per receptionem Subdiaconatus, & adhuc subsistunt motiva Bullæ: ergò tenetur, &c.

351. Confirmatur, & explicatur hoc ampliùs; quia secundum principia communia Theologiæ Moralis, qui non potest observare legem in toto, debet servare in parte, qua potest, si res præcepta est talis, quæ possit, & soleat dividi, & in quolibet parte subsistat finis legis: hac ratione, qui non potest recitare septem horas Canonicas de defectu Breviarij V.g. tenetur recitare partem, quam potest, horas minores, V.g. quia habet

Diur.



Diurnale: qui in die ieiunij carnes comedit, tenetur in reliquo diei servare abstinenciam à cibis veritis, etsi ieiunare iam non possit: qui post emissum simplex castitatis votum Matrimonium iniit, intra bimestre nec potest debitum reddere, nec petere; post bimestre potest reddere, sed non petere sine dispensatione; qui non potest restituere 100. quæ debet, obligatur ad 50. quæ potest &c. Sed in præsentis casu, licet Petrus nequeat legem in toto servare (quia iam recepit Subdiaconatum, nec ad præteritum datur regressus) potest adimplere in parte, hoc est, in reliquis Ordinibus nondum receptis; siquidem materia circa quam huius præcepti non solum est divisibilis, sed est à iure divisiva, quin vllus possit duos Ordines Sacros eodem die recipere, Trident. sess. 23. cap. 13. & in qualibet subsistunt motiva legis, id est, quod Ministri indigni in Ecclesiam furtivè, & fraudulenter non introducantur: nec minor cura adhibenda est in examinandis vita, & moribus eorum, qui ad Diaconatum, & Presbyteratum promovendi sunt, quam in ordinandis Subdiaconis, sed maior: ergò indiget testimonialibus ad præscriptum huius Apostolicæ constitutionis.

352. Confirmatur secundò; quia si hic haberet impedimentum aliquod Canonicum (quod fortè constare poterat Archiepiscopo Burgenfi, & non Toletano) deberet suspendi ab Ordinatione Diaconi, quamvis factus esset Subdiaconus: ergò adhuc possunt testimoniales effectum habere.

353. Dices: Archiepiscopus Toletanus certus est, nullum esse impedimentum, quod opponere possit Burgenfis, quia iste certior fuit factus per epistolam de desiderio Petri, ut ad Subdiaconatum ad titulum Beneficij promoveretur, nec restitit &c. Respondeo; eo non obstanti indigere testimonialibus, quia id est per accidens; de indè testimoniales litteræ pleniorè faciunt fidem, quia supponitur exactiorem informationem faciendam, ad eas concedendas, quam ad respondendum epistolæ missivæ. Et ut vnico verbo omnia complectar, est forma, quam SS. iubet in posterum observari, & ita observanda est, nec

via

via relaxationi interpretationibus aperienda est. Flavius Cherub. Schol. 1. in Bull. 40. D. Clem. VIII. quæ incipit, Roman. Pontif. decet. sup. cit. inquit. Ex Bulla Pij II. de qua hic in parraph. 2. requiritur nè dimissoria pro forma, ut non sufficiat Episcopo promoveenti cognitam esse personam pro idonea? respond. dimissoria Ordinarij ita necessaria est, ut nulla quoad executionem, non quoad charactèrem, reddat promotionem absque ea factam de persona quantumcumque idonea, & cognita, quia forma dat esse rei, eiusque omisso actum vitiat, ut colligitur ex dictis sup. reg. de malè promotis n. 11. & sequent. q. 3. Quin rati habitio à pœna excuset. Hoc, quod de dimissorijs ait, testimonialibus adaptari potest.

354. Colligitur ex dictis primò; quod si Petrus domicilium in Diocesi Burgenfi habuisset, & non Toletana, minor esset difficultas in dicendo, teneri testimoniales ab Ordinario Burgenfi petere. Colligitur secundò; quod si Petrus, postquam ordinatus esset Subdiaconus, aut Diaconus ratione Beneficij in Toletana Diocesi, iterum rediret ad residendum in Burgenfi, si vellet ad Presbyteratum per Toletanum Antistitem promoveri, indigeret novis testimonialibus à Burgenfi concessis; quia tempore illo intermedio potuit impedimento aliquo canonico irretiri, mores suos depravare &c; non verò si in Toletana Diocesi permaneret, quia non esset, quod de novo testificari posset Ordinarius Burgenfis. Colligitur ter tiò, quemlibet, etsi notoriè nobilem, legitimum, probum, & de quo nulla detur suspicio fraudis, doli &c. debere à suo proprio Episcopo, tam originis, quam domicilij testimoniales litteras consequi, ut ab alio ratione Beneficij possit promoveri modo iam explicato.

SIS (X) SIS

Cc

PAR.



EXPLIC. BVL.

PART. XXXX.

LICET VERO CLERICVS RATIONE CIVILI-
bet Beneficij in aliena Diœcesi obtenti sub ijsi dicatur iuris-
dictioni illius Episcopi, in cuius Diœcesi Beneficium huius-
modi situm est, eam tamen de cætero hac in re inconcusse
servari volumus regulam, vt nemo eiusmodi subiectionem ad
effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Benefi-
cium prædictum eius sit redditus, vt ad congruam vitæ susten-
tationem, sive iuxta taxam Synodalem, sive, ea deficiente,
iuxta morẽ Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, de-
tractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab ordinando paci-
ficè possideatur, sublata quacumque facultate supplendi, quod
deficeret fructibus eiusdem Beneficij, cum adiectione Patri-
monij, etiam pinguis, quod ipse ordinandus in eadem, seu alia
quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic ordinans, tam de
prædictis testimonialibus litteris, quam de redditu Benefi-
cij huiusmodi expressam in consuetâ collatorum Ordinum
attestatione mentionem facere de-
bebit.

355. In cap. Cum nullus citat. dicitur absolutè, & sine
vlla limitatione, quod ille, qui possidet Beneficium Ecclesiast-
ticum in aliqua Diœcesi, sit subditus Episcopi illius, sub cuius
iurisdictione situm est Beneficium, & sic potest ab illo, vt pro-
prio Prælato, vel ab alio cum eiusdem dimissorijs Ordines re-
cipere. Hinc oritur dubium inter Doctores, vtrum sufficiat
ad huiusmodi effectum quodlibet Beneficium, etsi tenue? Bar-
boss. cum alijs pluribus Auctoribus respondet affirmativè. Fun-
damentum huius opinionis est, quia textus citatus non distin-
guit inter Beneficium pingue, & tenuè, nec designat valorem,
aut

PART. XXXX.


205.

aut summam reddituum, quam habere debeat; & regula est,
quod vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Ne-
gativæ opinioni adhærēt Prosper August. Vgolin. Piafec. Squi-
llant. & Riccius cit. ab eod. Barboss. & Diana vb. sup. resolut.
49. fundamentū est; quia Tridentin. sess. 21. de reform. cap. 2.
requirit, quod Beneficium ad cuius titulum in Subdiaconatu
aliquis constituendus est, sit sufficiens ad congruam susten-
tationem, & ita, quamvis in d. cap. Cum nullus nulla fiat mentio
valoris Beneficij, stando iuri Tridentini, explicandum est de eo,
quod sufficiat ad victum ordinandi.

356. Marchin. vb. sup. par. 5. cap. 8. num. 14. cum alijs,
quos citat, negat de tenuissimo V. g. de illo, cuius redditus at-
tingerent ad summā quatuor nummorum aureorum tantum, vel
ad summam septem, quod non displicet Barbossæ ratione pre-
sumptæ fraudis; affirmat verò de tenui ob rationem supra posi-
tam, præcipuè si addatur Patrimonium, ita vt conflatum ex
viroque sufficeret ad sustentationem: quam moderationem
admittunt Hugolinus vb. sup. Stephan. Quarant. verb. Ordo. fol.
350. relati à Marchin. qui hoc modo putat, opiniones concilia-
ri, sicut etiam Leander à SS. S. cum Paláo, & Diana, & eod.
Marchino, tract. 6. de Ord. disput. 8. quæst. 14.

397. Circa istam tamen noto primò; quod si aliquid pro-
bat præallegatum principium; vbi lex non distinguit, nec nos
distinguere debemus, probat non solum de tenui, sed de tenuis-
simo; quia hoc est simpliciter Beneficium Ecclesiasticum, &
qui illud possideat, privilegio fori, & Clericali exemptione
gaudebit, iuxta quod hi Authores cap. 6. Trident. sess. 23. de re-
form. intelligunt; si ergo hoc non obstanti distinguunt hi Autho-
res inter Beneficiū tenue, & tenuissimum; quare Authores pro 2.
sententia citati inter Beneficium tenue, & pingue, id est, in-
ter sufficiens, & insufficiens ad victum distinguere non vale-
bunt?

358. Noto secundò; fraudem, & dolum non minús præ-
sumi posse in Beneficio tenui, quam in tenuissimo; siquidem



nec vnum, nec aliud est sufficiens ad victum, nec deservit ad aliud, quàm vt titulum præbeant in aliena Diocesi, ratione cuius ab eius Præfato ordinari quis possit sine dimissorijs primi, & proprij Episcopi, qui tonsura initiavit; vel quod idem est, vt ab eius iurisdictione, & dependentia quoad Ordines eximatur; nam congruam aliundè comparare debet. Si autem hoc non sit fraus in tenui, nec in tenuissimo.

359. Noto tertio; quod si ex hoc principio: *Vbilex non distinguit, nec nos distinguere debemus*, vellent Authores secundæ sententiæ probare, quodlibet Beneficium, etsi tenue, obligationem Divinum Officium recitandi inducere, argumentum fortè parùm vrgeret AA. & plures adinvenirent solutiones ad respondendum. Noto quartò; quod si suppleto, addito patrimonio, Beneficio tenui, quod ei deficit, vt sit sufficiens ad congruam sustentationem, potest admitti prima opinio, & ita sit satis fundamento secundæ opinionis ex Tridentino desupto; non videtur adesse ratio, cur hoc non admittatur in tenuissimo; nam si huius redditus sunt in minori quantitate, ad aucto patrimonio æquaretur totum. Sicut enim triginta scuta patrimoniij addita viginti Beneficij tenuis constituunt summam quinquaginta: ita quadraginta, & sex addita quatuor Beneficij tenuissimi eadem summam conflarent.

360. Noto quintò, seu inquirò: vel patrimonium est in eadem Diocesi Beneficij, vel in Diocesi originis, aut domicilij ordinandi? si dicatur primùm; patrimonium admitti non potest, quia domicilium inibi non habet ordinandus, & consequenter per eius promotionem necessitati, aut utilitati suæ Ecclesiæ Præfatus non consuleret; quo tantùm casu Tridentinum permittit, quemquam cum patrimonio Ordinari. Si secundum: cognitio, & examen patrimoniij, & circumstantiarum, quæ concurrere debent, pertinent ad Præfatum, in cuius Diocesi est patrimonium, & sic ab eo exquiri debent consensus, & dimissoriæ, & tunc non vt subditus ratione Beneficij, sed ratione domicilij assumeretur.

361. Quapropter idem Marchin. de Sacram. Ordin. trac. 2. part. 6. cap. 6. difficult. 2. inquit: an, vbi Beneficium sit tenue, & extra patriam, cui ad congruam sustentationem iungatur patrimonium; ad quem tunc spectabit Ordinatio? nùm ad Episcopum Beneficij, vel ad Episcopum patrimoniij? respondet: *pertinere ad quemlibet, sed de alterius licentia & præsertim non posse istum ordinari ab Episcopo Beneficij absque dimissorijs Episcopi patriæ, quòd præsumeretur fuisse ad declinandam iurisdictionem Episcopi patriæ. Hæc autem fraudis suspicio tunc sanè meritò ingravesceret, si Beneficium, ad cuius titulum ordinandus promoveretur, de proximo collatum illi fuisset, vel si post Ordinationem reverteretur ad habitandum in propria patria. Atque sic docent Stephan. Quaranta verb. Ordo. vers. 2. extende Iulius Caesar Mad. Pap. de Sacram. Ordin. cap. 5. n. 28. & 29.*

362. Vdiè igitur, quot limitationes primæ sententiæ adiecit hic Author, vt eam amplecteretur; tandèm asserendo, quod non sufficit Beneficium tenue, vt affirmat secunda sententia, & fraudes aperiendo, quæ ex praxi primæ opinionis sequi poterat, dimissorijs ab Episcopo originis, & domicilij non requisitis, vt verè sequuta fuerunt, quamplurimis in Ecclesiæ Sanctuarium ingressis Ministris, qui scedis suis moribus Templum Sanctum Domini polluerunt: qui quidem Ostium in propria Diocesi clausum inveniunt, fenestras, & foramina in aliena quæsierunt; nec defuit Beneficium, seu Capellania aliqua tenuis, & quæ multotiès solum nomen talis haberet, vt hoc titulo, seu potiùs prætextu in fraudem, & contemptum legum, ac animarum suarum perniciem cum maximo Fidelium scandalo, ad Ordines assumerentur.

363. Hæc igitur expendens SS. nec opportunum reputans, vt res aled nociva, & quæ forti, ac efficaci superiori medicina indigebat, hominum opinioni subiaceret, per hoc suum Apostolicum Decretum statuit, ac declarat; *Quod licet Clericus ratione cuiusvis Beneficij in aliena Diocesi ob-*
tenet



EXPLICAT. BVL.

tentū subijci dicatur iurisdictioni illius Episcopi, in cuius Diœcesi Beneficium huiusmodi situm est, eam tamen de cœtero hac in re inconcussè servari vult regulam, vt nemo eiusmodi subiectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censetur, nisi Beneficiū prædictum eius sit redditus, vt ad congruam vitæ sustentationem, sive iuxta taxam Synodalem, sive, ea deficiente, iuxta morē regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacificè possideatur, sublata quacumq; facultate supplendi, quod deficeret fructibus eiusdem Beneficij, cum adiectione patrimonij, etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu quavis alia Diœcesi obtineret; & quod Episcopus sic ordinans tam de prædictis testimonialibus litteris, quam de redditu Beneficij huiusmodi expressam in consueta collatorum Ordinū attestacione mentionem facere debeat.

364. Circà hanc regulam deinceps inconcussè servandam adverte primò; S. B. supponere, quod Clericus ratione cuiusvis Beneficij, id est, quamvis tenuissimi, subijcitur iurisdictioni illius Episcopi in cuius Diœcesi situm est Beneficium, & potest ab eo visitari, & corrigi, & ante eum reconveniri, seu ad forum eius trahi, dum in eius Diœcesi, seu districtu habitaverit. Ratio est; quia per quodlibet Beneficium, etsi tenuissimum, eximitur à foro sæculari tam in civilibus, quam in criminalibus ex Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. & ita Barbof. de Iur. Pontif. lib. 1. cap. 33. num. 17. refert declarat. Sac. Cong. Concil. quod quidam habens Beneficium duorum scutorum redditus annualis privilegio Clericali gauderet: ergo debet subijci foro Ecclesiastico; non enim est medium: & quoad hoc nihil innovat SS. in hoc Decreto, vt clarè exprimit per illa verba: *Quoad effectum suscipiendi Ordines*; ex quibus facillè colligitur solum requiri ex hac nova lege, quod Beneficium sit sufficiens ad victum, ad præfatum finem, non ad alios.

365. Adverte secundò, quòd licet Decretum S. Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. solum exigit Beneficium congruè sufficientem

ficientis pro Saero Ordine innitiandis, cœterum huius Bullæ in hac particula omnes Ordines, tam maiores, quam minores comprehendit. Itaque qui prima tonsura V. g. insignitus est à proprio Episcopo originis, seu domicilij, vt in alia Diœcesi ratione, ac titulo Beneficij in ea obtenti, ad Ordines seu maiores, seu minores promoveri possit, necesse est, vt Beneficij redditus per se, & independentè ab obmni alio sufficiant ad victum ordinandi, talitèr, quòd ad titulum eius possit Ordine Saero initiari, servato Tridentini Decreto d. sess. 21. cap. 2. & sic, quavis in Diœcesi Granarensi Beneficiū quis pingue possideret, non poterit in Accitana ratione tenuis Capellanæ, seu Beneficij, quod ibidè paritèr obtineret, nec ad primos minores Ordines, nec ad maiores vltimos gradus ascendere; sed indiget, quod in dicta Diœcesi Accitana tot redditus Beneficiales possideat quot pro oriundo, seu domiciliario eiusdem Diœcesis requiruntur, vt ad Subdiaconatum assumatur. Ratio huius intelligentiæ, & explicationis patet, quia nequit legitime ab Ordinario Accitano ad Ordines sive maiores, sive minores promoveri, qui non fuerit subditus Episcopi Accitani ad effectum suscipiendi Ordines: sed nullus fit subditus Episcopi Accitani ad effectum suscipiendi Ordines, qui in eadem Diœcesi, seu districto termino, & iurisdictione Beneficium per se sufficiens ad victum iuxta taxam Synodalem, seu morem regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, non possideat: ergo nequit, quis in dicta Diœcesi (idem de omnibus alijs) nec ad maiores, nec ad minores Ordines promoveri, nisi in eadem Beneficium congruè sufficientis iuxta taxam Synodalem pro alijs eiusdem Diœcesis ad Subdiaconatum promovendis possideat.

366. Adverte tertio, rationem, seu computum redditu Beneficij ad effectum videndi, an sint sufficientes ad congruam sustentationem, faciendum esse *detractis oneribus*, quæ habet Beneficium V. g. subsidium, & quarta decima in Hispania ex Indulto Apostolico Regi nostro Catholico concessa à Beneficiatis solvenda: contributio Fabricæ Ecclesiæ pro ornamentis



EXPLIC. BVL.

nammentis, & alijs necessarijs ad Sacrificium Missæ, quæ Capellano subministrat, faciendæ: census, sive tributa super possessionibus Beneficij, seu Capellaniæ imposita, seu aggregata pro aliquibus festiuitatibus, quæ Fundator ex earumdem redditibus dotauit: expensæ pro reparandis possessionibus: pensiones aliæ super Beneficij per Bullas Apostolicas concessæ, & alia similia Igitur si Beneficij, seu Capellaniæ annuales redditus attingunt summam centum ducatorum, & pensiones triginta, solum computanda sunt septuaginta in congruam, & triginta reliqua non magis estimanda, quam si non essent. Nota tamen, quod licet obligationes Missarum Beneficij, seu Capellanijs annexæ vocentur quoque onera; ceterum cum stipendium earum percipiatur, seu percipi possit ab eodem Beneficiato, seu Capellano cedit in congruam sustentationem ipsius, & sic non extrahendum à supputatione. Excipe si numerus Missarum esset excessivus, nec possent omnes per Capellanum intra annum celebrari; tunc enim extrahendum esset stipendium, quod alijs solvere ipse deberet. Attamen ex alia parte cresceret tunc congrua, qua maior esset portio, quæ superavit vocatur.

367. Adverto quartò, taxam Synodalem, vel, ea deficiente, consuetudinem regionis, iuxta quam fieri debet computum congruæ, esse taxam Diœcesis, vbi est Beneficium, vel Capellania, vel consuetudinem regionis, seu provincie, ad quam spectat ea Diœcesis; non verò Diœcesis originis, seu domicilij Beneficiati, & sic quamvis ordinandus sit oriundus ex hac Diœcesi Hispalensi, vbi requiruntur centum ducata monetæ æræ reddituum annualium, poterit in alia, vbi solum octoginta exigantur, si ibi Beneficium sit, cuius redditus eam summam attingant, ad titulum illius promoveri. Hoc colligitur ex contextu. Dico tamen, non expedire iure hoc vti cum illis, qui residentiam non figunt in eadem Diœcesi Beneficij, si in ea, vbi domicilium habent, maior quantitas requiritur ad decem, & congruam sustentationem: ne expositi maneat ad se

im-

implicandum secularibus negotijs, vt temporalibus negotiationibus acquirant, quod de redditibus non sufficit. Periculum hoc non inuinet in viris litteratis, & graduum honoribus insignitis, licet nec hi ad Ordines admittendi sunt, quin in ipsis concurrant omnia, quæ à Tridentino, & constitutionibus Apostolicis, præcipue ab hac præsentis, requiruntur.

368. Præterea nota, quod licet Episcopus possit dispensare in legibus Synodalibus, à se, vel à suis antecessoribus factis; ceterum in casu præsentis non possit dispensare in lege Synodali taxativa congruæ pro ordinandis, quæ est lex scripta, nec in non scripta, scilicet, consuetudine regionis. Ratio est: non solum, quia esset in fraudem huius legis; sed etiam quia Summus Pontifex iubet, computum fieri iuxta taxam Synodalem, vel consuetudinem; & ita virtualiter, & implicite adimit Episcopo facultatem dispensandi, seu potius arbitrandi, aut faciendi supputationem suo modo, licet pro illa vice tantum. Nec aliter potest seruari regula à SS. præscripta; quod sic probo. Supponamus taxam esse octoginta ducatorum; dicatque Ordinarius: *Dispensò, vt cum sexaginta promoveri possit.* Inquirò: essent nè hæc sexaginta ducata, adhuc post dispensationem plusquam sexaginta? nevtiquam: ergò qui ad Ordines provehentur ratione Beneficij valoris sexaginta ducatorum, promoverentur ad titulum Beneficij, quod non erat sufficiens ad congruam iuxta taxam, vel consuetudinem, sed solum secundum dispensationem Episcopi: ergo non seruaretur regula hic præscripta.

369. Argumentum in his terminis proposui, quin recurrerem ad hoc, quod istæ taxæ Synodales sunt determinationes prudentiales reddituum, qui sufficiunt in ea Diœcesi ad honestam sustentationem ordinandi, ad præscriptum Tridentini sess. 21. cap. 2. quia cum Concilium non determinet summam, intellectum est à DD. Concilij interpretibus, hoc prudenti Prælatorum arbitrio relinqui, qui quidem attendentes, non ad qualitatem, seu nobilitatem huius, vel illius ordinandi, sed ad id, quod generaliter visum est necessarium ad congruam sustentationem

D d

tionem



tionem Ecclesiastici pro more regionis, cum leges non considerent id, quod per accidens, sed quod per se accidit, variè designarunt quantitatem congruam; non enim omnes Provinciae aequae sunt in penuria, vel abundantia; nec quod sufficeret Gallie, sufficit in Regno Hispalensi. Ceterum maiori ex parte potest sine temeritate asseri, quod designatio facta deficit magis, quam excedit; & sic non datur locus novo arbitrio, nec prudenter potest iudicari, aliquid adhuc posse licitè tolli de quantitate assignata. Utinam crescerent quantitates per novam taxam, & ita esset minor Clericorum numerus, sicut etiam negotiantium, & vagorum &c. Siquidem in aliquibus Diocesis est adeo exigua designata portio, ut suppetant plures tituli; deficient verò congruam; ex quo fit, ut plures, quam sustinere possint Ecclesiae contra Sacros Canones, & leges ad Ordines admittantur, qui statim eas deserunt, & ad alias Provincias divertunt, ubi vivere possint, etiam servi laicorum facti.

370. Potest hic dubitari: an possit admitti ad Ordines, qui haberet Beneficium, cuius valor taxam non quidem aequaret, in parvo tamen deficeret, quin nec Episcopus, nec ordinandus contravenirent, saltè graviter, decreto huius Bullae in praesenti clausula? In hac quaestione plures Doctores sentiunt, dari parvitatem materiae in congrua, sicut in alijs materijs huius generis; non enim consistit in indivisibili portio necessaria ad honestam, & decentem sustentationem; & ita sentiunt Navar. de temp. Ordin. conf. 17. Sanchez in opuscul. moral. tom. 2. lib. 1. dub. 75. n. 8. Diana tom. 2. Coord. tract. 5. resol. 108. & 109. Barboss. de offic. & potestat. Episcop. part. 2. allegat. 19. n. 13. Marchin. vb. sup. tract. 2. part. 6. cap. 7. diff. 2. difficultas autem esse potest in designanda tali parvitate. Circa quod hæc dicit Sanchez cit.: *Nota, quod si modicum deficit ad honestam sustentationem parum facit, quia de modico non est curandum.* cap. res vera de consecrat. distinct. 2. leg. scio ff. de integ. restit.; *secus, si sit notabilis, qualis erunt quinque respectu viginti quinque.* Diana ex eisdem, & alijs textibus resolvit esse

esse parvitatem materiae, unam unciam respectu duodecim, quæ erat taxa communis protunc in Sicilia. Marchin. quoque reputat parvitatem materiae defectum duorum, vel trium respectu triginta, & ita poterit philosophari in maiori quantitate.

371. Hæc dixi, non ut in praxim delectantur, cum standum sit taxæ Synodali, sicut fit in rebus taxatis à Republica seculari; sed, ut sciatur quoad usque extenduntur Auctores; adivi enim à fidedignis, varias esse fraudes, & dolos in probandis, seù potius confingendis congruis; aliquosque falsis uti instrumentis, quibus probare nituntur, & multoties probant, ampliores esse redditus Beneficij, seù Capellanæ, quam re verà sint, fortè confisi in eo, quod dummodo titulum verum habeant, parum refert maior, vel minor quantitas reddituum; nec deficient consiliantes probabilistæ: an verè, vel falsè; seù potius benè, vel malè? non est meum iudicare; Deum iudicem, & etiam remuneratorem, vel ultorem habebunt. Non desinam tamen dicere, quod non defuit quidam ex his, qui consultus in quodam particulari casu circa subiectam materiam respondit: quindecim respectu quinquaginta parvitatem esse materiae: quod vel solum auditum aures offendit: nec videtur fore iudicium prudens, quod tale responsum probet; siquidem nec Caramuel tantam latitudinem habuit, cum solum dixisset, esse parvitatem materiae, quod foret minus octava parte, designatis terminis magnitudinis, & parvitatibus: quem modum discurrendi impugnat, & benè P. Cardenas in Cris. Theolog. tract. 2. dis. 31. quapropter rectissime faciunt Prælati iubendo, exactissime perscrutari instrumenta ad hoc pertinentia, nec admittendo ad Sacros Ordines, quem non plenè constat, integram habere congruam, quin in aliquo, etsi minimo dispensent; non quia de minimis curandum, sed ob præsumptionem doli, & fraudis, vel ad minus, quod valores possessionum ultra iustum aestimantur, quia nulli putant testes fieri præiudicium, cum tamen maximum ipsi ordinando, & Ecclesiae decori irrogetur.



EXPLIC. BVL.

214. 372. Ex hac generali doctrina super observantia decreti Tridentini sess. 21. cap. 2. colligi potest præfati dubij decisio; & supposito, quod detur parvitas materiæ, sequitur etiam quod non incurreret pœnas huius Bullæ, qui ad titulum Beneficij, cuius redditus in paucis a quantitate congruæ taxata deficerent, ad Ordines, sive maiores, sive minores promoveretur; dum enim culpa gravis non adest, nec pœna gravis contrahitur.

373. Debeo tamen notare primò pro hoc, & alijs casibus num. anteced. quod si Prælati haberet notitiam parvi defectus congruæ ad taxam non pertinentis, & cum hac scientia admitteret ordinandum, iste non peccaret, ad minus graviter; cum parum pro nihilo reputetur; attamen si cum scripturis, & testimonijs falsis iuridicè probaret ante Prælatum, vel eius Ministros, & Commissarios, quod redditus Beneficij, seu Capellanix æquant taxam Synodalem octoginta ducatorum v.g. gravissimè peccabit ordinandus, quamvis deficerent solum duo ducata, vel minus: primò si induxit testes, aut Notarium, ut falsum testimonium dicerent, ac peierarent: vel ad minus cum sufficienti notitia, & advertentia permisit, ut ijdem ex suo motivo, vel a consanguineis sollicitati id facerent, cum obviare possent. Secundò, si sciens, aliquod ex testimonijs sub iuramento præstitit esse falsum, etsi eo inscio, multoque minus inducente, datum, eo utitur ad verificandum apud Secretarium Episcopi v.g. quantitatem reddituum summam taxatam æquare; id namque idem est in re, ac si ipse tunc falsò iuraret. Tunc autem, etsi ob defectum veritatis in iuramento, seu in cooperatione, gravissimo sacrilegio subiaceat; non tamen suspensionis pœnam incurrit; sed in eam, quam Prælati certior factus de qualitate falsitatis infligere velit iuxta mensuram delicti.

374. Secundò noto; quod si defectus congruæ sit gravis, seu in gravi quantitate, peccabit mortalitèr ordinandus, licet non interveniat instrumentum, aut testimonium aliquod falsum, & con-

PART. XXXX.

215.

& contrahet huius Bullæ pœnas, quamvis primis tantum gradibus insigniretur; & si post Ordinationem primam vellet dolus, & fraudem continuare, recipiendo ultimos gradus minores, iterum peccaret, & iisdem pœnis subiaceret, & sic de reliquis actibus. Ratio est: quia hæc lex est negativa, & obligat non solum prima vice, qua introducitur in aliena Diocesi, ut ratione Beneficij ibidem possessi Ordines recipiat à Prælato non suæ ratione originis, aut domicilij; sed reliquis omnibus usque ad receptionem Præsbyteratus; nec semel legem fregisse licentiã dat, ut iterum frangatur: nec unum Ordinem recepisse ab Episcopo Beneficij facit hunc superiorem legitimum, & ordinatum subditum eius, ut ulteriores licitè ab eo accipere possit, si Beneficium non habet qualitates in hac clausula à SS. requisitas: nec semel pœnas incurrisse impedit, sed excusat, ne iterum contrahatur, si iterum legis præcepta transgrediantur.

375. Obiter noto tertio: quod, qui Subdiaconatum cum congrua in toto, vel in parte gravi coacta recipit, etiam à Prælato proprio originis, aut domicilij; ante quam ad Diaconatum progrediatur, tenetur titulum cum veris redditibus ad victum honestum sufficientibus acquirere. Ita Bonacina de Sacram. disp. 8. punct. 5. num. 22. & alij communiter; quia Conc. Trident. verba generalitèr prohibent promotionem ad Sacros Ordines sine titulo. Undè si cum eadem fictione prosequatur, peccatum quoque protrahet, sicut dictum est notabili secundo antecedenti de subditis ratione Beneficij; quamvis quoad suspensionis pœnã alitèr discurrendum: nã adest opinio gravium virorum ab illa excusans. Videatur Marchin. loc. proximè citat. diff. 6. & 7. Barbof. vb. sup. allegat. 20. à num. 24. Hoc est quoad forũ interius; quoad exterius enim Prælati norunt, quomodo fraudes adeò nocivè puniendæ sunt, dũ cõperiuntur. Si autè benè perspicitur, numquam impune manet hoc delictum, & ex proprio peccato pœnam non levem patiuntur isti verè insipientes, & stulti: siquidem reliquo vitæ tempore magnam penuriam experiuntur, nec decentè, & honestè vivere valent, & in ipsis tan-



tantum laboribus, disciplinam, & cognitionem erroris, & damni gravis, quod sibi ipsi intulerunt, inveniunt. Utinam in exemplum aliorum cedat, ne eadem fraude decipiantur.

376. Ad explicationem presentis clausulae rediens adverto, quod in aliquibus Diocesis (prout colligere licet ex Epistola nostri Regis Catholici posita ad litteram in Opus. Sac. Vigil. Pastor cap. 8.) admitti videtur ad Ordines quoscumque Beneficia Ecclesiastica possidentes, qui in premissis requiratur, & examinatur, an predicta Beneficia habeant redditus ad congruam sufficientes; cum tamen pleraque eorum in aliquibus Parochialibus antiquis semidivitis, vel factis Ecclesijs ruralibus fundata vel solum titulum conservant, vel adeo diminuti sunt redditus, ut tantum aliqua exigua decimarum portio remanserit. Idem quoque evenit in quibusdam Capellanis, quae in prima sui erectione cum amplis redditibus, & possessionibus instituta sunt; lapsu tamen temporis omnia consumptis, & possessiones in deterius abierunt, & census imminuti fuerunt, & aliquarum redditus in totum perierunt. Tamen, quia ad titulum istarum, & illorum alij possessores ad Ordines promoti fuerunt, idem protrahitur, etsi cessaverint redditus. Quod quidem, etsi male fiat in subditis originis, aut domicilij, cum sit contra dispositionem Tridentini, sess. 21. cap. 2. cit. prius tamen esset, si ad extraneos extenderetur; siquidem praeterquam quod haec materia est odiosa Praelatis proprijs, Sanctissimus solum perimit illos ordinari ab Episcoporum ratione Beneficij, quod sit sufficiens ad victum iuxta taxam Synodalem &c. Et si velis dicere, quod eo ipso permittit ordinari extraneos cum eodem titulo, ac congrua, qua proprijs subditis originis ad Subdiaconatum promoveretur; dicam quoque, id verum esse, dummodo cum proprijs subditis servetur admissum praescriptum a Tridentino d. sess. 21. cap. 2. Quare cum omnibus diligens cura adhibenda est in examinandis, non tantum titulis, quantum redditibus: maxime vero in casu, de quo loquimur.

377. Advertit quinto, Sanctissimus solum requirere quod Beneficium

cium sit sufficiens ad congruam sustentationem, quod tamen pacifice possideatur ab ordinando; ex quo inferitur decisio duarum quaestionum. Prima est, quod non sufficit sola collatio, aut titulus Beneficij, sed debet iam esse capta possessio quiete, & pacifice, ut etiam iubetur a Trident. d. sess. 21. cap. 2. Quis autem dicatur pacificus possessor, & quodnam sit Beneficium litigiosum docet Barbosa. cum alijs de potest. Episc. num. 2. alleg. 19. a num. 15.

378. Secunda est, quod quodcumque est in pacifica possessione Beneficij, cuius redditus sufficientes ad victum iuxta taxam Synodalem, aut consuetudinem regionis, poterit ab Episcopo Beneficij ad Ordines promoveri, etiam statim post sumptam possessionem, imo etiam si Beneficium datum esset ea intentione, ut provivus subditus eius fieret. Quoad effectum suscipiendi Ordines. Haec conclusio maiorem habet difficultatem. Censent enim aliqui, quod hoc esset *in fraudem legis*, seu ad hoc, ut Clericus eximeretur a iurisdictione primi Episcopi, & cum *fraus, & dolus nemini patrocinari debeant*, consequens sit, hoc esse illicitum; & ita tenent Franc. d. cap. *Cum Nullus* Gloss. in cap. *Eos*, qui. verb. *Figmento*. Quaranta verb. Ord. Riccius resol. 262. Bar. d. alleg. 4. n. 58. relati a Marchin. vb. sup. tract. 1. part. 5. cap. n. 9. Machado tom. 2. lib. 4. p. 1. tract. 3. docum. 4. n. 4. Cum igitur Sanctissimus in expeditione huius Bullae abusibus, & fraudibus, quae in Ordinum receptione intercedere possunt, obviare intendat, non videtur decisio iuxta mentem Sanctissimi.

379. Nihilominus praefatae resolutioni adhæreo cum Hugolino de potest. Episc. cap. 29. §. 3. quae sequitur etiam Leander. vb. sup. quaest. 19. Ratio est, quia licet argumenta pure negativa regulariter non concludant, ceterum in his decretis doctrinalibus, seu declarativis rerum, quae in alijs subia sunt iuribus, maximam vim habet haec consideratio, scilicet, quod declarans Sanctissimus qualitate Beneficij necessarias, ut subiectionem ad Ordines praestet possidenti, nullum tempus designavit, quod

me.

mediare deberet inter initium possessionis, & ordinationem, tãtum requirens, quod pacificè possideatur, & quod sit sufficiens ad victum iuxta taxam &c. admodum, quo, quia Tridentinum doctrinalitèr agens de materia necessaria confessionis meminit circumstantiarum, quæ speciem peccati mutant, non autè aggravantium intra eãdem speciem, probabilissimè infertur, quod nõ adest obligatio istas confitendi, sed tantùm illas; quod potior rem locum habet in nostro casu; nam est principium certum, quod quilibet Episcopus potest legitimè ad Ordines promoveri quoscumque subditos suos, sive ratione originis, sive domicilij, sive Beneficij; sed secundùm clausulam nostræ Bullæ, qui Beneficium ad victum sufficiens iuxta taxam Synodalem pacificè possidet, sit subditus Episcopi, in cuius Diocesi est Beneficium ad effectum suscipiendi Ordines: ergò poterit tamquam à proprio Prælato promoveri ab Episcopo Beneficij, etiam immediatè post possessionem, & licet Episcopus ea intentione conferret. Confirmatur hoc: quia in part. 46. ubi de familiaribus agitur, declarat SS. tempus intra quod debet Episcopus Beneficium conferre Familiari suo Triennali, quem ad Ordines ratione commensalitatatis promoveat: ergò si mens Sanctissimi esset decernere tempus possessionis Ordinationem antecedens, etiam in hac expresisset. Quod comprobari etiam posset ex Reg. Iur. 57. quam insinuasse sufficiat.

380. Ad rationem contrariam respondetur, quod non est in fraudem legis acquirere requisita ab ipsa lege præscripta; sed potius id est clarum desiderium eãdem legem adimplendi. Sicut non est in fraudem legis, quod operarius exeat e territorio, ubi aliquod festum eo die colitur, & ad aliud se transferat, in quo non colitur, ut inibi sine violatione præcepti laborare possit. Et licet in acquirendo Beneficio in aliena Diocesi esset fortè aliqua indirecta, seu sinistra intentio se eximendi à iurisdictione, vel dependentia primi Episcopi, qui ad Tonsurã promovit; sufficienter provisum est de remedio, dum voti cõpos fieri nequit, quin testimoniales litteras à proprio Episcopo

po prius concedi sibi obtinuerit; qui quidem sive sit originis, sive domicilij, ante quam concedat examinare poterit, nũm sit suspicio aliqua fraudis, & doli, & videre, an iustam habeat rationem negandi. Vtteriùs, si post Ordinationem ad propriam originis, seu domicilij, Diocesi redeat, poterit examinari non solum in scientia, sed de adimplitione horum Decretorum in Ordinum receptione; de quo infra part. 47. Et idè fortassè Sanctissimus aliud requisitum huic clausulæ non adiecit. Reliquum, quod dicebatur de bona, vel sinistra intentione, est occultum, de quo non iudicat Ecclesia. & regularitèr finis legis non cadit sub lege; & ita sicut, qui eleemosynam dat indigenti, etiam si mala intentione faciat, præceptum adimplet, cum faciat, quod ei lex iubet, scilicet, subvenire, sic etiam, qui Beneficium possidet in aliqua Diocesi, qualitates hęc expressas habens, tenet quidquid lex requirit, ut fiat subditus, ad effectum suscipiendi Ordines, illius Episcopi, in cuius Diocesi est Beneficium, licet sinistra intentione illud consequatur, & ita violare eam non poterit, si Ordines ab eo recipiat.

381. Adverto sextò; Sanctissimum prohibere expresse, quod possit suppleri cum patrimonio, quod Beneficio deficiat de redditibus, ut sit sufficiens ad congruam, non solum, quia, ut inquit Episcopus Vrgell. in suo Opusc. Sac. cap. 10. experientia docuit, ut in plurimum, esse falsa, & commentitia, sed etiam licet vera sint, & pingua, & verè donata à consanguineis, & verè translatum dominium ad ordinandos, & nullam interveniat pactum retro donandi &c. Et hoc sive sit patrimonium in eãdem Diocesi, ubi est Beneficium, sive in alia; ut ita sit maior difficultas, quod subditi originis, aut domicilij Prælatos variant; & ad alios divertant pro receptione Ordinum, quod fuit occasio tot fraudum, & abusuum. Nomine Beneficij intelligitur simplex aut non simplex residentiam requirens, vel non: præstimonium, & Capellania collativa perpetua, erecta, & instituta auctoritate Ordinarij; hæc enim subijciunt foro Ecclesiastico, & eximunt à sæculari. Nomine patrimonij



EXPLIC. BVL.

220.
intelliguntur qualescumque redditus, seu proventus, quos habeat Ordinandus, quibusque honeste vivere queat, etiam si sint pensiones super Beneficijs Ecclesiasticis, cum Bullis Apostolicis obtentæ; quia nec bona patrimonialia, nec pensiones faciunt aliquem subditum Episcopi. Vide Garciam de Benefi. p. 2. cap. 4. Filliuc. tom. 3. tract. 41. n. 5. Leand. Barboss. & Marchin. vb. sup.

382. Duo autem hic notare oportet: primum est, quod licet Sanctissimus maximopere commendet Episcopis observantiam disciplinæ illius salutaris à Tridentino præscriptæ d. sess. 21. cap. 2. de non ordinandis ad titulum patrimonij, aut pensionis, nisi quos Episcopus iudicaverit pro necessitate, aut utilitate suæ Ecclesiæ assumendos, ut vidimus sup. part. 22. super quo consulti etiam potest D. Olaguerius de Monserrat. in suo Op. Sacr. cap. 15. §. 2. tamen non prohibet, quod permittit Tridentinum, & ita prohibitio huius præsentis particulæ solum est circa subditos ratione Beneficij, non verò circa subditos ratione originis, sive domicilij: & sicut isti possent à proprio Prælate ad titulum Patrimonij, vel pensionis pro necessitate, aut utilitate suæ Ecclesiæ ad ordines assumi, multo melius si habeant aliquod Beneficium, aut Capellaniam, etsi non sufficiat ad congruam, addito patrimonio ad supplendum defectum: & in hoc nihil meo videri innovat Sanctissimus.

383. Secundum est, quod nec etiam interdicit Sanctissimus, quod possit suppleri defectus reddituum, quod haberet Beneficium, cum redditibus aliorum Beneficiorum, seu Capellaniarum, etsi tenuium; sed tantum prohibet suppleri addito patrimonio; exceptio autem firmat regulam in contrarium, Et ita, qui cum redditibus duorum, vel trium Beneficiorum, seu Capellaniarum habet integram congruam iuxta taxam, seu consuetudinem, poterit non minus ad Ordines assumi ad eorum titulum, ac si omnes redditus ex vno solum Beneficio, seu Capellania provenirent. Hoc autem intelligitur, dummodò omnia Beneficia, seu Capellanix sint intra eadem Dioccesim; nam si in diversis essent, à nullo ex earum Episcopis posset ordinari, etiam si

PART. XXXX.

221.

etiam si vnus consensum præberet, vel licentiam, ut alter Ordinationem celebraret. Ratio est clara: quia neuter illorum est legitimus Prælati Beneficij, quoad effectum conferendi Ordines, & sic nec potest ordinare, nec licentiam alij dare; nam hic actus est superioritatis, quam non habet, cum tamen deberet licentiam antecedere.

384. Dices: duo Beneficia constituunt congruam integram: ergo Episcopi duarum Diocesium, in quibus sunt, poterunt pro vnico Prælate reputari, ita ut vnus cum consensu alterius possit Ordinationem celebrare. Respondeo, quod essentialiter rerum consistunt in indivisibili, & sic vel vnus est Prælati integrè, vel nihil: aliàs, hoc est ius positivum, quod extendere non possumus ultra id, quod præscribit. Unde dato, quod habeat congruam, ad quod nihil officit, quod redditus sint in distinctis Diocesium, quæ se habent de materiali ad quantitatem necessariam pro decenti victu Ecclesiastici; ceterum dum non habeat Beneficium sufficiens per se ad honestè vivendum in Diocesi Malacitana v.g. non fit subditus ratione Beneficij, nec potest ab Episcopo Malacitano, tamquam à proprio Prælate, Ordines recipere, licet aliàs habeat congruam, iuncto Beneficio, quod alibi possidet.

385. Dices iterum: à quo igitur poterit ille ordinari? Respondeo, ab Episcopo domicilij. Ratio est; quia hic est superior legitimus ratione huius tituli independentè ab omni Beneficio, & iudicare potest, promotionem sui domicilij necessariam esse, aut utilem fore suæ Ecclesiæ: aliàs ordinandus habet congruam sufficientem ad præscriptum Tridentini: ergo poterit ab Episcopo domicilij ordinari.

386. Confirmatur, & explicatur hoc amplius: subditus Beneficij indiget habere congruam integram intra Dioccesim; non præcisè, ut non mendicet cum Ecclesiastici status dedecore; sed ut Episcopus illius fiat eius superior legitimus ad effectum conferendi Ordines, & ideo eget congrua iuxta taxam, vel consuetudinem, non solum pro Ordinibus maioribus suscipien-



EXPLIC. BVL.

dis ad præscriptum Tridentini d. sess. 21. cap. 2. sed etiam pro minoribus iuxta formam huius decreti; attramen subdito ratione domicilij opus est solùm congrua pro decenti sustentatione; sed ad hunc finem sufficit, quod eam verè possideat, etiam si sit extra Diocesim: ergò &c. Verùm tamen est, quod tunc inter onera excepta à supputatione debent computari expensæ faciendæ pro administratione reddituum, cura possessionum, condictione pecuniæ &c. Omnibus prudenter consideratis, & quod in hoc expendendum sit, extrahendum à capitali redditu, nec pro congrua reputandum.

387. Denique adverte, in particula hac præcipi, quòd Episcopus sic ordinans, hoc est ad titulum Beneficij cum qualitatibus prædictis, eum, qui aliter subditus eius non esset, expressam mentionem faciat in consueto collatorum Ordinum testimonio, vulgò *cartilla*, seu *titulo*, non solum litterarum testimonialium, vt notatum manet, sed etiam redditus Beneficij, ratione cuius, seu ad cuius titulum, ad Ordines promovit; vt omnibus constet sua decretorum huiusmodi observantia. Unde obiter mihi videtur notandum, quod si huic subdito ratione Beneficij vellet Episcopus dimissorias concedere, deberet in eis expressam mentionem facere eodem modo de litteris testimonialibus, ac redditu, vt nullus ambigeret, se iustè, & legitime ad præscriptum Bullæ huius concedere. Quod universaliter opportunum erit, pro reliquis subditis, scilicet, expressam fieri mentionem ab Episcopo sive in titulis, sive in dimissorijs, eos ritè esse promotos, seu promovendos mitti iuxta S.C. Trident. & Bullæ huius D. N. Innocentij XII. Decreta &c. Aliter enim fortè plures Episcopi non admittent.

388. Inquires: an si Petrus habet dimissorias concessas ab Episcopo N. ante huius Bullæ notitiam, seu etiam promulgationem in Romana Curia ad titulum Beneficij tenuis v.g. posset licite virtute illarum post expeditionem huius constitutionis contra illius præscriptum ordinari? Ratio dubitandi est, quia est gratia facta, quæ non videtur expirare per subsequens acci-

PART. XXXX.

223.

accidens. Augetur; quia non minus requiritur superioritas in Episcopo, quàm in ordinando subiectio: sed estò designat Episcopus esse superior ordinandi, vel quia è vivis decedit, vel ad aliam Dioc. est transfertur, non ideò expirat gratia dimissoria: ergò, estò ordinandus designat esse subditus, non ideò prohibetur vti licentia iam concessa, vt à quocumque maluerit Catholico Antistite &c. Ordines recipiat.

389. Nihilominus negativè respondeo. Ratio est clara: quia hic, & nunc Petrus non est subditus Episcopi N. qui dimissorias concessit ad titulum Beneficij tenuis, quoad effectum suscipiendi Ordines: ergò illicite virtute illarum Ordines reciperet post huius Bullæ promulgationem, & notitiam. Confirmatur, & explicatur *primò*: quia Petrus non potest licite ordinari hodie ab Episcopo N. ratione subiectionis, quam præstat Beneficium tenue, quod in eius Diocesi possidet: ergò neque ab alio eum eiusdem dimissorijs. *Secundò*, quia per hanc Bullam declaratur Beneficium tenue non esse titulum sufficientem ad contrahendam subiectionem quoad effectum suscipiendi Ordines ab Episcopo N. vel saltem de novo decernitur deinceps non esse: ergò tales dimissoriae declarantur invalidæ à principio defectu superioritatis in Episcopo N. vel ex nunc irritantur. *Tertiò*: quia requisita ad Ordines valide, & licite recipiendos non tã exiguntur tẽpore cõcessionis licentiæ recipiendi eos ab alieno Episcopo, quã executionis talis facultatis, & ita licite possent obtineri dimissoriae ante completam ætatem, dummodò Ordo non reciperetur, nisi post impletam; è contra, estò alicui licite concederentur quando nullum habebat Canonicum impedimentum, illicite ijs vteretur, si post obtentionem aliquam contraheret irregularitatem, nisi prius à legitimo superiore dispensaretur: sed tempore executionis Petrus iam non est subditus, & ipse scit, Beneficium tenue non esse sufficientem titulum ad subiectionem quoad Ordines acquirendam: ergò illicite, & contra conscientiam ageret, si vigore illarum dimissorialium ab alieno Episcopo Ordines reciperet.

390. Ex quo patet solutio ad rationem dubitandi: licet enim



EXPLICAT. BVL.

224.
enim gratia facta non expiret morte concedentis, casus, de quo loquimur, est divesus, nec variatur solum accidens, sed substantia, scilicet, subiectio formalis necessariò requisita tempore executionis. Aliud esset, si moreretur Episcopus, vel ad alium transiret Episcopatum: nam tunc non variatur Ordinarius illius ordinandi formalitèr, sed tantum materialitèr: nam ipse semper est Diocesanus N. vnde nec variatur subiectio: secus dicendum esset, si divideretur Diocesis, & locus originis, vel domicilij, seu Beneficij ordinandi Authoritate Apostolica alteri Ordinario attribueretur: tunc enim, sicut Episcopus N. desinebat esse superior, ita & Petrus subditus, nec posset ab alio de eius licentia Ordines recipere. Idem esset, si revocaretur à concedente facultas data, *cap. Novit, de Indic. Gloss. in Reg. 16. in 6. Sylvester, ap. Gobat. n. 588.* quod non fit, quando moritur, vel ad aliam Ecclesiam migrat, & ideò licentia, seu gratia facta non expirat. In nostro verò casu revocatur implicitè, & indirectè à Sanctissimo dimissoria, quia tollitur subiectio, cui innititur, & etiam debet præsumi revocata ab ipso met Ordinario, qui dedit, si ad ipsius notitiam pervenit hæc nova dispositio.

391. Unde in forma respondetur ad Sylogismum supra positum, concessa mai. distinguo min. Estò desinat Episcopus esse superior materialitèr, concedo min. formalitèr nego minorem, & distinguo consequens eodem modò, ex suppositione possibilitatis, vel nego absolutè consequentiam; quia in subdito non habet locum hæc distinctio, sicuti in superiore, in quo distinguitur dignitas, quæ permanet, seu nõ moritur, à Persona, quæ ad superos evolat, aut alteri Ecclesiæ præficiuntur, & sic evanescit illa apparens difficultas. Vel alitèr: concessa maiori, & min. nego consequentiam, quia superior indiget iurisdictione, tempore concessionis: subditus verò indiget subiectione, non solum quando ipsi conceditur dimissoria, sed etiam, quando ea uti velit. Primum verificari potest, etsi decedat, aut ad aliam Diocesim transeat Episcopus concedens; non

PART. XXXX.

225.

ita secundum, si titulus, in quo subiectio fundatur, ante executionem amittatur.

392. Ex quo colligitur, rectè se gessisse Episcopum N. qui noluit admittere pro Diaconatu dimissorias, quarum vigore Petrus ad Subdiaconatum provexerat ante huius Bullæ expeditionem, quia prudentèr dubitavit, nùm fortè concessæ essent ad titulum alicuius Beneficij tenuis, præsertim cum Petrus vir litteratus esset, & de illis, de quibus dicit Henriquez cum alijs, posse ad titulum sufficientiæ ad Subdiaconatum promoveri: nec tamen haberet alium titulum, quàm Beneficij, ratione cuius subditus esset Episcopi dimittentis. Vnde ad tollendam hanc prudentem dubitationem exigebatur, quod renovaretur dimissoria, seu exprimeretur in ea, quantitatem reddituum Beneficij, ad cuius titulum data erat licentia, esse sufficientè congruam, iuxta taxam Synodalem &c. ad præscriptum Bullæ SS. D. N. Innoc. XII.

PART. XXXXI.

CAETERVM SUBDITVS RATIONE ORIGINIS is tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturalitèr ortus est in ea Diocesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat; dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, officij, legationis, mercaturæ, vel cuiusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ eius patris in illo loco, quo casu nullatenus eiusmodi fortuita natiuitas, sed vera tantum, & naturalis patris origo erit attendenda.

393. Postquam Sanctissimus D. N. decrevit qualitates, quæ habere debet ordinandus, ut subditus fiat alicuius Prælati ratione Beneficij, ad effectum suscipiendi Ordines ab eo,

per:



EXPLIC. BVL.

pergit ad decernendum, ac declarandum, quis habendus sit subditus ratione *originis*; nec enim desunt quæstiones, ac diffidia in intelligentia huiusmodi subiectionis ad Ordines. Barboss. d. alleg. 4. à num. 2. & alij, quos refert, affirmat: *Episcopus ordinandus est Episcopus loci, in cuius Diœcesi natus est is, qui ordinandus est: originarius enim, seu oriundus dicitur à sua propria origine: ubi etiam quis baptizatus est, inde trahere originem dicitur.* Aliundè etiam ius civile videtur insinuarè, quòd origo filij sumitur à loco, ubi pater natus est; nec non quòd oriundus dicitur à nativitate propria, vel parentis.

394. Vnde tres exoriuntur quæstiones. Prima est, si, ut aliquis fiat subditus originis ad effectum suscipiendi Ordines, sufficiat nativitas filij in aliquo loco, licet pater non habeat in eadem Diœcesi domicilium; id est, utrum sufficiat nativitas fortuita, & ex accidenti, quia patres ibi ex aliquo accidentali motivo pro tunc in in eo loco existebant? Secunda; an sufficiat sola nativitas patris, ut filius, qui natus est in hac Diœcesi, sit etiam subditus originis Episcopi eius Diœcesis, in qua natus est eius Pater? Tertia est: an sufficiat nativitas spiritualis sola, id est, esse baptizatum in aliqua Parochia, ut talis fiat subditus originis Episcopi, de cuius iurisdictione est Parochia, licet naturalitèr ortus sit in alia eidem Episcopo non subiecta? Vt possit acciderè Cæsar Augustæ, si quis natus intra limites Parochialis S. Pauli subiectæ Archiepiscopo prædictæ Civitatis, baptizaretur in Parochiali Ecclesia S. Encratidis subiecta Episcopo Oscensi, vel è contra.

395. Circà primam quæstionem, licet communis sententia ait, non sufficere, apud Dianam tom. 2. Coord. tract. 5. resol. 39. num. 2. nihilominus Gaspar Hurtado de Sacram. Ord. diff. 17. affirmativam partem tuetur, & probabilem reputat Escobar ap. P. Gobat in Alphab. Ord. n. 279. & huic opinioni favent Doctores citati à Narbon. lib. 4. tit. 1. leg. 20. num. 141. Cui etiam adhæret Leander v. b. sup. q. 8. Ratio eorum est; quia sufficit quæcumque nativitas, ut verificetur id, quod exigitur

PART. XXXXI.

227.

in cap. *Cum nullus*, ut quis fiat subditus originis alicuius Episcopi, vel (quod idem est) quia in d. cap. nulla fit distinctio inter nativitatem fortuitam, & non fortuitam. In quo negari non potest, quòd procedūt hi AA. cōsequētèr ad id, quòd manet dictum de subiectione ratione Beneficij. Siquidem ex eodem principio asserēbatur à non paucis, sufficere quòdlibet Beneficium, etsi tenue. Circa secundam est maior controversia inter Auctores, & pro utrâque parte sunt gravissimi Patroni, qui videri possunt apud Marchin. v. b. sup. part. 6. cap. 6. & apud Dian. resol. 40. & 41. quibus plures alij moderni addi possent. Circà tertiam Rebuff. in tract. de pacific. possession. num. 217. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. à num. 115. cum alijs affirmativam sententiam amplectuntur; & hanc opinionem, ait Hallier, pag. 620. conformem esse iuri antiquo, & communi vsui probandi originem per librum Baptismi; & licet contraria sit conformior Decreto Bonifacij VIII. cap. *Cum nullus*, quòd hucusque subsistit, cœterum utramque probabilem putat.

396. Sed iam Sanctissimus N. P. statuit, ac declarat, quis sit subditus originis, de quo loquitur, cap. *Cum nullus* de temp. Ord. in 6. per hæc verba: *Subditus ratione originis is tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturalitèr ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat; dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, legationis, mercaturæ, vel cuiusvis aliterius temporalis moræ, seu permanentiæ eius patris in illo loco, quo casu nullatenus eiusmodi fortuita nativitas, sed veratantum, & naturalis patris origo erit attendenda.*

397. Decretum istud continet particulam exclusivam tantum, & exceptivas dummodò &c. quo casu; & cum exceptio firmet regulam in contrarium, intelligenda est regula cum exclusionem omnium aliorum casuum hinc non expressorum; & ita ex ipsa colligitur

398. Primò, quòd ut aliquis fiat subditus originis alicuius Episcopi, nec sufficit sola nativitas filij, nec sola nativitas



tas patris; nec etiam requiritur, quod filius ortus sit in eodem loco, ubi pater eius natus est; sed ille solum est subditus ratione originis, qui naturaliter ortus est in loco, ubi pater eius habebat verum domiciliū, sicut expressē docuit Bonacina de Sac. Ordin. disp. 8. q. vii. punct. 4. n. 13. Attamen si fortuito natus est in illo, ubi non habebat, tunc solum attendenda est nativitas patris, & ille, qui esset Episcopus originis patris, hoc est, qui ut talis posset eum ad Ordines promovere, si aliās non esset impedimentum; idem ipse erit Prælatos originis filij; taliter quod numquam habeat duos Prælatos originis, sed vnum tantum. v. g. natus est Petrus Hispali, non ex accidenti, sed quia pater eius fixum hinc domiciliū paraverat, est subditus originis Archiepiscopi Hispalensis, licet pater eius Matrili natus fuerit; non tamen Archiepiscopi Toletani, ut antea graves Authores affirmabant, nam in la particula *tantum* denotat, quod solum pater eius, qui natus est Matrili, Diœcesis Toletanæ, ubi parentes eius, avi Petri, domiciliū habebant, poterit esse subditus originis præfati Archiepiscopi Toletani; non verò filius, qui in loco Toletanæ Diœcesis natus non est.

399. Solum in vna hypothese id accideret: si v. g. Petrus Hispali natus esset fortuito, quia nimirum hic parentes eius ex accidenti tunc degebant, occasione, videlicet, quia venerant hanc opulentam Civitatem visendi gratia, vel Præfecturæ, quæ triennialis est, administrandæ, vel alterius temporalis rei causa: tunc non esset subditus originis Archiepiscopi Hispalensis, sed tantum Toletani, de cuius Diœcesi, supponimus, esse locum originis patris: & hoc denotant verba illa; *quo casu* &c. Et hoc procedit, sive Petrus conceptus sit Hispali, sive non: imò, etsi pater, ante quam Hispalim adventaret, domiciliū suum ex Matrilo ad Cordubam, ubi matrimonio copulatus fuit, trāstulisset: quod etiam clarum est; nam Bulla ait; quod *eo casu* &c. *vera tantum, & naturalis origo patris attendatur*, nulla facta mentione domiciliij, ne quidem disiunctivè; & cum domiciliū originis sit immutabile, Barboss. d. alleg. 4. n. 20. & alij,

alij, inde est, quod licet pater Petri domiciliū habitationis mutaverit, sed non originis; quapropter Petrus Hispali fortuito, & ex accidenti natus, nec Hispalensis, aut Cordubensis, sed tantum Toletani Ordinarij subditus originis erit.

400. Colligitur secundò: ad subiectionem originis acquirendam non sufficere, baptizatum esse in Parochia alicuius Diœcesis, sed requiritur, quod ibidem corporaliter natus sit. Ratio est, quia per Baptismum solum nascitur spiritualiter baptizatus, vel potius renascitur supernaturaliter iuxta illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto* &c. Ioan. 3. Et hæc clausula exprimit, quod debet nativitas esse naturalis, *naturaliter ortus est*. Et quamvis antiquitus ita non esset, aderant aliæ rationes; nam tunc baptizabantur adulti, & ut in plurimum erant Infidelium filij, & forte in loco originis naturalis nec erat Episcopus, nec Parochus; & sic quid mirum, quod solum attenderet ad locum, ubi baptizati, enutriti, ac educati erant in Religione Catholica. Postea vero propagata iam Ecclesia Bonifacius Papa VIII. constitutionem, quam continet cap. *Cum nullus*, fecit & inquit, quod Episcopus originis est ille, *de cuius Diœcesi est, qui ad Ordines promoveri desiderat*. Quæ verba non, nisi violentè, videntur detorqueri posse ad originem spiritualem, seu in Baptismo contractam. Videatur Pax Jordan. *Elucubrat. Vol. 1. lib. 3. tit. 6. n. 39.* qui nostram tenet sententiam cum hac exceptione, nisi is qui baptizatur natus esset naturaliter ex Turcis, vel Iudæis, nam tales Infideles illic sortiuntur domiciliū originis, ubi regenerati sunt. Ibid. n. 41. ut proinde fiat civis Mediolanensis, qui Mediolani baptizatur, natus alibi inter Infideles. Jordan. ibid. Quod tamē P. Gobat tom. 2. tract. 8. de Ordin. verb. Episcopus n. 280 non vult dicere de adolescente, qui natus Patre Calvinista, & factus Catholicus rebaptizatur Monachij ex. g. eo quod deprehendatur error substantialis in eius priore Baptismo; cui adhæreo, dummodò non constet de valore 2. Baptismi: secus enim, si de nullitate prioris Baptismi constaret, & adolescens ille natura-



liter ortus esset in loco, vbi Episcopus Catholicus nō aderat, idē dicendum censerem, ac si Constantinopoli ex Turcis procreatus esset.

401. Colligitur tertio: filios Senatorum, & Auditorum Regis, quorum Magistratus, seu officia perpetua sunt, subditos esse originis Episcopi, in cuius Diœcesi nascuntur tempore, quo parentes eorum in ea resident, muneribus suis fungentes. Ratio est, quia cum Prætura perpetua sint, & ipsis, quoad vixerint, commendentur, contrahunt domicilium in loco Regij Senatus, seu Cancellaria. Barboss. d. alleg. 4. n. 34. Marchin. d. cap. 7 n. 16. Castro Palao tract. 27. de Sacram. Ordin. disput. vnic. punct. 15. n. 4. Diana vb. sup. resolut. 42. Rebuff. in Prax. part. 1. tit. de Cler. n. 14. Iord. n. 67 Gobat. n. 301. & alij plures. Quod videtur posse adhuc sustineri, etiam post publicationem huius Bullæ, servatis conditionibus infra designandis; nam habent animū perpetuò habitandi in eo loco, quādiū Rex ad ampliorem honorem non provexerit, quod quidem contingens est, nec istud opponitur essentiaē domicilij, quod definit Castro Palao, vb. proxm. n. 3. *est locus electus ad habitationem perpetuam, dum alia commodior non se offert*: ex text. in leg. *Cives*. Cod. de Incol. lib. 10. Et ita tenet etiam Layman. lib. 9. tract. 9. cap. 9. n. 10. quem citat, & sequitur Gobat. n. 292. Decretum autem præsens solum excludit nativitatem fortuitam ex occasione alicuius moræ, seu permanentiæ temporalis, qualis vocari non potest residentia eorum, qui muneribus ex se perpetuis præficiuntur.

402. Colligitur quarto; regulam hanc comprehendere non solum filios legitimos, sed etiam illegitimos, & tantum excludere adoptivos. Constat hoc etiam ex illo adverbio *naturaliter*, quod non solum contraponitur hic supernaturali modo nascendi, sed etiam ad *legaliter*, seu *adoptivè*. Et in hoc sensu *ly naturaliter* convenit filijs legitimis, naturalibus, & spurijis, & omnes isti sunt subditi originis eius Episcopi, in cuius Diœcesi est locus, vbi nascuntur. Si autem nativitas aliqua
ho-

horum fortuita esset, attendenda est origo matris, vt magis nota, sicut etiam antea docebant Doctores asserentes, sufficere originem patris ad acquirendam subiectionem alicui Episcopo, ratione illius.

403. Nec obstat illud *Patris* in particula positum; nam hic sumitur latè; & intentio Sanctissimi videtur esse præscribere, quòd leges, & rextus dicentes, filium esse oriundum ex loco, vbi pater habet originem, licet filius in eodem natus non sit, solum habet locum quoad effectum acquirendi subiectionem ad Ordines, quando nativitas est fortuita, quia ex accidenti ibi erat pater (sub cuius nomine mater etiam, ne dicam potius, intelligitur cum ex ea nascatur filius) cum autem eadē leges distinguant inter filios legitimos, & illegitimos, concedēdo illis originem Patris (non Avi, quidquid dicat Leander vb. sup. quæst. 10.) & istis originem matris; inde est, quod exceptio nostræ clausulæ explicanda quoque est in hoc eodem sensu; præterquamquod, vt in plurimum nō sola matris origo iuridicè constare poterit, Fateor tamen, quòd si de patre certò constaret, tunc origo patris, & non matris attendenda esset.

404. Circa expositos, licet Barboss. cum alijs d. alleg. 4. n. 17. concedat ipsis duo loca originis, scilicet, eum, vbi nascuntur, & illum, vbi exponuntur; hodie tamen non videtur id conforme huic decreto; & ita dicendum est, quòd si confitet de loco, vbi nati sunt, ille erit locus originis, cum limitatione, & exceptione firmata de nativitate fortuita: si non confitet, præsumendum est, natos esse in eodem loco, vbi exponuntur, vel non longè ab eo in aliquo alio eiusdem Diœcesis, & habebuntur subditi originis Episcopi illius. Ita Gobat. vb. sup. n. 285. ex Gratian. Stephano, & alijs, vbi etiam videre poteris casti curiosum de puero exposito in mensa, cui assidere possunt 4. Episcopi, quilibet in loco suæ Diœcesis. Circa derelictos a suis parentibus pueros resolvit Hallier pag. 622. quòd attendendum est domicilium, & non origo, siquidem hæc non facile comperiri potest. Si autem domicilium fixum non habeant



EXPLIC. BVL.

heant, quòd recurrant ad Sedem Apostolicam, vt facultatem obtineant promovendi à quocumque Catholico Antistite &c. Et ita tenet etiam Gobat. in simili casu n. 288. de filio militis, qui orbatus parentibus nesciebat, vbinam natus fuisset ipse, vel illi, cum nullibi domicilium fixissent.

405. Notandum est primò, quòd decretum hoc intelligitur de subiecta materia, vt clarè expressit Sanctissimus in part. anteced. per illa verba: *Ad effectum suscipiendi Ordines;* & ita non derogat legibus contrarijs quoad alios effectus, etiã si sit quoad capacitatem obtinendi Beneficia, & redditus Ecclesiasticos, seù quibuscumque alijs privilegijs fruendi, sive realibus, sive personalibus, sive temporalibus, sive spiritualibus.

406. Secundò, quòd cum origo probari soleat per libros Baptismi secundum Rebuff. Gonzalez, & alios citatos à Barbof. vb. sup. curandum erit deinceps à Parochijs, quòd in descriptionibus Baptizatorum in suis Parochijs exprimatur, an parentes baptizati habeant, vel non, domicilium, seù permanentem habitationem in Parochia illa; vel vtrum fuerit accidentalis, & fortuita nativitas infantis, factis diligentèr interrogationibus necessarijs à parentibus, vel alijs, iuxta circumstantias huius clausulæ: vt si aliquando opus fuerit, liquidò constet origo per Fidem Baptismi.

PART. XXXXII.

QVOD SI QVIS TANTO TEMPORIS SPATIO IN eo loco, in quo ex accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, vt potuerit ibidem aliquo Canonico impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario illius loci litteras testimoniales, vt supra obtinere, illasque Episcopo ordinanti per eum in collatorum ordinum testimonio similisèr recensendas, presentare teneatur

407. Quamvis ille, qui fortuitò, & accidentalitèr in aliquo

PART. XXXX.

233.

aliquo loco natus est, non sit subditus originis Episcopi Diocesis illius, nihilominùs pro maiori ordinandi commendatione, & nè ex mutatione locorum, quam fecerit, ex quo nullibi domicilium figat, detur occasio, vt introducatur indignus aliquis in Ecclesiæ ministeria, ignotis defectibus Episcopo proprio originis, iubet S. B. quòd si Petrus v.g. qui accidentalitèr natus est Viennæ in Austria, quando pater eius Legatus pro suo Rege in ea Curia existeret, moram faceret in eadem Urbe tanto temporis intervallo, vt posset aliquod impedimentum Canonicum ad Ordines contrahere, in hoc casu, si vellet prima tonsura initiari ab Archiepiscopo Toletano (vel ab alio cum eius dimissorijs) qui est Prælatus originis, quia pater dicti Petri Dux N. originem suam Matriti habebat, debet priùs obtinere, & presentare litteras testimoniales de natalibus (quoad legitimitatem, & Baptismum) ætate, vita, & moribus ab Episcopo Viennæ concessas, & de ipsis fieri similitèr, vt dictum manet, mentio debet à Prælato ordinante in collatorum Ordinum testimonio.

408. Circa hoc solum occurrit dubium, quantum debeat esse temporis spatium, seù quadiù, & ad quam vsque ætatè moram facere debeat Petrus Viennæ, vbi accidentalitèr natus est, vt intelligatur, potuisse aliquo impedimento Canonico irretiri, & indigere litteris testimonialibus Episcopi Viennæ? Suppono, loqui Decretum de impedimento Canonico, quòd Petrus propria operatione contrahere potuit, non de eo, quòd contrahere potuit, quia illegitimus, vel filius Hæretici &c. Si quidem hæc ab instanti nativitatis, & Baptismi contrahuntur. Nunc respondeo, quòd cum, post adeptum rationis vsum, posset Petrus committere aliquod homicidium, seù mutilationem voluntariam v.g. consequentèr posset Canonico irregularitatis impedimento irretiri; immò in opinione plurium, & gravium Doctorum posset incurrere pœnas Ecclesiasticas censurarum. P. Suarez de Censur. disp. 5. sect. 1. n. 17. Coninhk. disp. 13. dub. 6. num. 45. Gaspar Hurtado tract. de Censur. difficult. 7. n. 3.

Castro



EXPLIC. BVL.

Castro Palao part. 6. de Cens. disp. 1. punct. 6. n. 2. Et cum vsus rationis regularitèr septimo anno illuceat, & ex communitèr accidentibus ita in iure præsumat, si Petrus (idem de alijs) permaneat in loco suæ fortuitæ nativitat. vsq; ad eam ætatem, debet obtinere litteras testimoniales ab Episcopo, in cuius Diœcesi natus est, nec alitèr, nisi post eas præsentatas poterit Prælatus proprius suæ paternæ originis eum ad primam tonsuram promovere.

PART. XXXXIII.

*AT SI PATER IN ALIENO LOCO, VBI EIVS
filius natus est, tamdiu, ac eo animo permanferit, ut inibi ve-
rè domicilium de iure contraxerit, tunc non origo patris, sed
domicilium per patrem legitimè, ut præfertur, contrac-
tum pro ordinatione eiusdem filij attendi.*

409. Hæc clausula continet exceptionem exceptionis regulæ positæ part. 41. Siquidem postquam ibi statuit. SS. D. N. quod quando filius fortuitò, & accidentalitèr alicubi natus est, tunc sola origo patris, & non filij, attendatur; nunc hoc idem limitat, & casus sic potest figurari. Franciscus v.g. natus est fortuitò Hispali, quò parentes eius venerant mercaturæ, seu officij alicuius temporalis exercendi gratia, sine animo tamen permanendi; postea verò, suscepta iam prole, rebusque prosperè succedentibus, consilium mutarunt, emeruntque domum, seu possessiones, res omnes suas huc adduxerunt, ac firmitèr decreverunt pedem figere in hac Civitate, suis negotiationibus, & contractibus opportuna. In hoc casu, licèt quando natus fuit Franciscus, non factus est subditus originis Ar-
chis-

PART XXXXIII.

235.

chiepiscopi Hispalensis, sed Episcopi originis paternæ; attamè post quæsitum à patre domicilium Hispali, tunc non ampliùs attendenda est origo patris, sed domicilium contractum Hispali, vbi filius fortuitò ortus est; id est, desinat esse subditus Episcopi originis paternæ, & incipit esse Archiepiscopi Hispalensis

410. Et est advertendum, hanc clausulam loqui de domicilio patris contracto in eodem loco, vbi filius fortuitò natus est: quod mihi videtur de quolibet loco eiusdem Diœcesis intelligendum; non autem alterius; & sic, si postquam Franciscus natus est fortuitò Hispali, pater eius domicilium acquireret sive in hac vrbe, sive in alia huius Diœcesis, non origo patris, sed domicilium attendendum esset; nam *ly in alieno loco* non sumendum est pro materiali loci, sed pro formali iurisdictionis, sive districtus Diœcesani, circa quod tendit decretum, declarando videlicèt, cuius Episcopi sit talis filius subditus originis, quoad effectum suscipiendi Ordines. Si autem domicilium mutaret pater ad Diœcesim Cordubensem, à qua non erat ipse oriundus, tunc non domicilium de novo quæsitum, sed origo patris, ut à principio attendenda esset, iuxta regulam part. 41. firmatam

411. Quæres: quid dicendum esset, si pater, postquã domicilium Hispali contraxit, & filius, qui ibidem accidentalitèr ortus erat, factus est subditus Archiepiscopi Hispalensis, attento extunc domicilio, & non origine patris: si, inquam, domicilium hoc desereret, & ad Gaditanam urbem se conferret, quis tunc esset superior ad Ordines? Respondeo, quod iterum reassumenda erat prima subiectio, & attendenda origo patris; indigeret tamen præfatus Franciscus litteris testimonialibus ab Archiepiscopo Hispalensi concessis, si tãto temporis spatio in hac Diœcesi habitasset quo potuisset aliquo impedimento Canonico irretiri. Hæc secunda pars patet ex decreto part. 42. antecedentis. Prima autem sic probatur; quia in tantum Archiepiscopus Hispalensis erat superior originis Francisci, in quantum

Gg

pater



EXPLICAT BVL.

236
pater eius domicilium habebat Hispali, ubi filius fortuito natus erat; derelicto autem domicilio, cessat ius, & titulus, cum sola fortuita nativitas non sufficiat: quod enim à duobus ex quo pender, quolibet deficiente, corrumpit.

PART. XXXIV.

SUBDITVS AVTEM RATIONE DOMICILII, AD effectum suscipiendi Ordines, is dumtaxat censeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeò stabiliter constituerit in aliquo loco, ut per decennium saltè in eo habitando, vel maiorem rerum, ac bonorum suorum cum instructis ædibus in locum huiusmodi transferendo, ibique in super per aliquod considerabile tempus commorando satis, superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius utroque casu, se verè, & realiter animum huiusmodi habere, iureiurando affirmet.

412. Tertius titulus, ut quis fiat subditus alicuius Episcopi, quoad præfatum effectum suscipiendi Ordines, ab eo tamquam à proprio Prælato, est domicilium, ut ex præcit. cap. Cum nullus constat; sed cum ibi non plene explicetur, quale esse debeat ad veram subordinationem inducendam, fuit quoque occasio ad varias fraudes aliquibus palliatis opinionibus, Pro intelligentia suppono cum P. Gobat in Alphab. ordin. n. 289. & 90. domicilium dividi in domicilium originis, de quo in part. 41. & in domicilium habitationis, ubi quis habitat, & domum incolit, & quod plerumque intelligitur, quando vox domicilium absolutè profertur. Rursus hoc domicilium acquiritur tribus modis: origine, lege, habitatione. Origine, quia censeatur puer habere domicilium istud in eo loco, in quo habet pater,

PART. XXXIV.

237.

ter, sive sit ibi propriè natus, sive nò. Quod domicilium sufficere ad Ordines, affirmat idem Gobat cum multis contra multos Lege, ut per Principis privilegium, statutum adaptionem dignitatis, aut Prælaturæ in loco, Monachatum, Clericatum, Lecturam, aut Professuram publicam, Matrimonium &c. Jordan. Vol. 3. lib. 13. tit. 8. n. 230. testans Vol. 1. lib. 3. tit. 6. n. 5. maiorem partem quindecim modorum, quibus acquiritur Lege domicilium, & quos ibidem recenset, sufficere ad Ordines. Habitatione, de quo modo valde frequentè, & sæpè controversò, plura notat in seqq. num. ad illationem casuum, in quibus acquiritur subiectio ad Ordines ratione illius.

413. Suppono etiam, ut communem doctrinam quam plurimum AA. qui videri possunt ap. Philib. Marchin. & Castro Palao, habitationem, & domicilium distingui penes animum permanendi perpetuò in aliquo loco, qui adest, vel abest in commorante. Hinc est, dicunt, quod scholaris, etsi viginti annos, & ultra in aliqua degat Universitate, domicilium non contrahit; abest enim animus permanendi. E contrariò, alius, qui habitationem suam ad aliquem locum transferret animo ibidem perpetuò morandi, statim post inceptam habitationem domicilium acquireret. Hic animus, inquiunt, potest declarari verbo, aut facto. Si verbis exprimat, tollitur omne dubium, ait Castro Palao; Nam in his, quæ à tuo animo pendent, simplici tuo dicto standum est; ut pluribus relatis firmat Menochius de arbitrar. cas. 84. n. 6.

414. Nec obstat Rota Romana p. 2. decis. 130. quæ incipit: Domini dixerunt n. 8. ubi tradit, ad domicilium acquirendum non sufficere illam animi declarationem, sed requiri etiam aliquem actum significativum domicilij, puta, quod emerit domum. Nò obstat, inquit Marchin. ubi sup. cap. 7. n. 6. tam hæc doctrina intelligenda est, quando dubium esset, an quis habuerit animum perpetuò in aliquo loco commorandi; non verò, quando coràm testibus declaravit, se statuisse in tali loco perpetuò permanere.



EXPLIC. BVL.

415. Si autem manifestatio animi rebus fiat, declaratur primò, assidua habitatione: quanto tempore continuari debeat, non conveniunt D. D. alij dicunt per decennium; alij arbitrio iudicis relinquendum. Secundò declaratut, si ultra habitationem, quam initiavit, transferat bona sua, vel saltem maiorem partem. Tertiò; si emit domum ad habitandum. Quartò; si aliquos dies festos in eodem loco celebravit. Apud March. ibidem n. 7.

416. Pro tollendis dubijs, & fraudibus ex hoc circa Ordines resultantibus, declaratis iam alijs duobus *originis, & Beneficij* titulis, assignat nunc Sanctissimus regulam pro domicilio servandam, & ait: *Subditus ratione domicilij ad effectum suscipiendi Ordines is dumtaxat censetur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen aded stabiliter constituerit in aliquo loco, ut per decennium saltem in eo habitando, vel maiorem rerum, ac bonorum suorum cum instructis ædibus in locum huiusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius utroque casu, se verè, & realiter animum huiusmodi habere, iurando affirmet.*

417. Circá quod decretum noto primò; quod S. B. relinquit in suo vigore leges, & in sua probabilitate opiniones, quæ fuerint circa modum contrahendi domicilium, quoad omnes alios effectus, præter *suscipiendi Ordines*. Secundò, quod etiam hæc clausula continet particulam exclusivam *dumtaxat*. Unde excluditur ad præfatum suscipiendi Ordines effectum domicilij, quod *origine, & lege*, dictum est, acquiri posse. Tertiò, quod Sanctissimus supponit prædictam distinctionem habitationis, & domicilij, hoc est, quod requiritur ad domicilium animus perpetuò permanendi in aliquo loco; vult tamen per hoc suum novum decretum, quod in foro exteriori, ad quod pertinent probationes faciendæ ante ordinationem, non detur fides simplici, & nudo verbo illius, qui se animum perpetuò

PART. XXXXIV.

manendi habere asserit; ut cum Menochio firmat sup. Cast. Pal. nec sufficiat præsumptio facti, ut docet Marchia. cum pluribus alijs; sed requirit, quod animus ex aliquo opere, & iuramento simul firmetur.

418. Noto quartò: illam disiunctivam *vel* significare clarè, non requiri simul habitationem per decennium saltem, & maioris rerum, ac bonorum partis cum instructis ædibus translationem, sed sufficere vnum, vel aliud simul cum iuramento. Quod convincitur ex illis verbis *utroque casu*, quibus distinguit, seu supponit, SS. esse diversos, & etiam ex illis: *per aliquod considerabile tempus*, quæ adduntur in secunda parte clausulæ; nam si debèret habitatio decennij cum translatione bonorum coniungi, esset repetitio nimis superflua. Quantum autem debeat esse hoc tempus habitationis, quæ exigitur casu, quo domicilarius animum suum perpetuò ibidem manendi ex translatione bonorum demonstrat, relinquatur arbitrio prudenti Prelati. Videtur tamen adminùs requiri triennium; itaque si Petrus Hispalim venit animo perpetuò hic manendi, & per decennium saltem habitat, & rursus iuramento se verè, & realiter talem animum habere testatur, poterit ad Ordines, ut subditus ratione domicilij, ab Archiepiscopo Hispalensi admitti. Similiter, si, cum haberet res, & bona sua Cordubæ, maiorem saltem eorum partem cum instructis ædibus ad hanc Civitatem transferat, & per aliquod considerabile tempus, veluti ultra triennium, hic habitaverit, & rursus iureiurando animum suum perpetuò hic manendi asseveret, pro subdito domicilij reputari poterit, & ut talis ab Archiepiscopo Hispalensi ad Ordines promoveri; non atuem aliter.

419. Noto quintò, quod si aliquis per decennium hic habitasset, sine animo tamen permanendi, & postea in fine decennij propositum mutaret, ac firmiter statueret in hac Civitate vitam finire, non posset in foro conscientie Ordines ratione subiectionis *domicilij* petere; ratio est, quia licet iam posset sub iuramento verè affirmare pro tunc habere animum perpetuò



EXPLIC. BVL.

nuo manendi, non habebat aliud requisitum habitationis per decennium cum animo permanendi, & vnum sine alio non sufficit, vt semper docuerunt DD. citati, & alij apud ipsos videndi; Sanctissimus autem in hoc decreto nihil minus petit, sed addit determinationem modi quo in foro exteriori probandus est ille animus necessarius ad domicilium contrahendum simul cum habitatione, & ideo ait: *satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius Sc.* Aliter, vero habitatio sine tali animo esset falsa presumptio, quæ licet in exteriori foro convinci non posset, in interiori nihil apud Deum prodesset; vnde pœnas eorum, qui ab alieno Prælato Ordines accipiunt, subiret.

420. Noto sextò, quòd licet filij impuberes censeantur habere idem domicilium, quod pater, quia hi non possunt sibi aliud eligere: imò & puberes, dum sub patria degunt potestate, seu quamdiu nō constituunt domicilium proprium, gaudeant paterno; ad effectum tamen suscipiendi Ordines ab Episcopo, qui legitimus superior Patris est ratione domicilij, animū suum perpetuò in eodem loco domicilij paterni manendi, quem verè habeant, & habuerint, demonstrare debent, vel per decennium habitando, vel separatam domum à paterna instruendo, & aliquas possessiones, ac immobilia bona ex portione suæ legitimæ hæreditatis emendo, & per aliquod considerabile tempus similiter habitando; aliter enim nulla est securitas, nec dantur requisita, quæ in hac clausula exiguntur pro subiectione domicilij adquirenda.

421. Noto septimò, Barones, aut Feudatarios, multoque minùs filios suos, non acquirere, ad præfatum Ordinum effectum, domicilium in locis feudorum, si aliàs non concurrunt reliquæ circumstantiæ in hac clausula requisitæ; licet quoad alios effectus probabilis sit opinio Marchin. & aliorum vbi proxime num. 25. Barboss. num. 32. & 33. Idem consequenter dicendū de Nobilibus Venetis, quibus ratione domicilij concedit Pax Jordan. vbi sup. n. 66. domicilium sufficiens ad Ordines.

in

PART. XXXIV.

241.

in quolibet Episcopatu Venetæ ditionis. Idem de filiis Regum aut Ducum, ad quos extendit Gobat ex paritate rationis. 422. Noto octavò, nunc non facile concedenda duo domicilia habitationis in duobus locis, ad prædictum effectum; quia nec etiam videntur posse concurrere requisita in hac particula. De Officialibus perpetuis, dictum est sup. n. 396.

PART. XXXV.

SI QVIS TAMEN A PROPRIÆ ORIGINIS LOCO in ea etate discesserit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarij suæ originis testimoniales litteras afferre debet, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum litteris facienda erit.

422. Ferè ni hil restat explicandum in hac periodo, supposito sitis his, quæ diximus in explanatione particulæ 42. ideo solum modò noto primò: ex ea inferri, motivum statuendi, quòd testimoniales litteræ ab Episcopo originis obtineantur, esse, non solum quia ille, qui adscriptus est alicui Ecclesiæ, nequit eam inconsulto Episcopo deserere, sed etiam, vt per legitima testimonia origo, vita, & mores ordinandi comprobentur, documentum in hoc vtilissimum SS. D. N. omnibus Prælati præbente de cura, & diligentia, quæ in prescrutandis ætate, & qualitatibus ordinandorum adhibenda est, eorum præcipuè, qui extra Dioccesim per aliquod considerabile tempus commorati sunt, quocumque titulo ad Ordines ipsis subijciantur, quin satis videatur, quòd tempore, quo intra Dioccesim resederint bene processerint, in via immaculata ambulantes, sed testimonia authentica præmissis informationibus data à Superioribus locorū, vbi

vbi



242.

EXPLIC. BVL.

vbi, ex quo vsus rationis habent, habitauerunt, insuper sunt exquirenda.

423. Noto secundò: in rigore, & terminis huius Bullæ non esse necessarias testimoniales litteras Episcopi originis pro eo, qui subditus ratione domicilij ad præscriptum huiusmodi Bullæ contracti cupiat ad Ordines promoveri, nisi in duobus casibus, scilicet, si ab Episcopo originis ad primam tonsuram promotus sit, vel à propriæ originis loco post vsus rationis habitum, licet nondum Clericali Charactere insignitus, abscesserit. Attamen, si Biennis v.g. à parentibus translatus est, præcisè non sunt. Nihilominus, si Prælatus domicilij ad tonsuram promoturus velit informationem de natalibus, & genere ante Episcopum originis fieri, & de hoc testimoniales litteras afferri, laudabilius meo videri erit, & reciproçæ Prælatorum correspondentiæ, & attentioni congruentius.

PART. XXXVI.

AD HÆC NULLVS EPISCOPVS ALIENÆ Diæcesis subditum familiarem suum ad aliquos Sacros, seu minores Ordines, vel etiam primam tonsuram promoveri, seu ordinare præsumat absque eius proprii originis, scilicet seu domicilij Prælati testimonialibus litteris, ut supra, & nisi ad præscriptum Concilij Tridentini præfati sess. 23. cap. 9. de reform. familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit; Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam iuxta modum superioris præfatum sufficiat, quacumque fraude cessante, statim, hoc est, saltem intra terminum unius mensis à die factæ ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in ordinationis huiusmodi testimonio expressam itidem familiaritatis, ac litterarum mentionem facere

424. Licet in iure non fiat mentio de hoc 4. titulo subiectionis ad

PART. XXXVI.

243.

ad effectum suscipiendi Ordines, ut notat Marchin. vb. prox. c. 9. ceterum ex antiqua consuetudine Episcopi generaliter hoc privilegio functi sunt; Hallier. vb. sup. pag. 615. quoadvsque S. Triden. Conc. Episcopis, qui Titulares dicuntur, totaliter denegavit; sess. 14. de reformat. cap. 2. & quamvis sess. 23. de reform. cap. 9. permittit, quod Episcopi, qui Clerum, & populum Christianum habent, ad titulum familiaritatis, seu comensalitates familiares suos promoveri ad Ordines, ut ante Tridentinum faciebant, possint; limitat tamen hanc facultatem aliquibus adjectis conditionibus, & ait: *Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & Beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat, consuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obstante.*

425. Hæc constitutio passa est plures interpretationes, sicut cap. Cum nullus de tempor. Ordin. circa reliquos tres titulos; nostra enim in opinando libertas favet, ut in plurimum liberrati in operando, & ita aliqui intelligebant, quod sufficiebat triennium esse inceptum, licet nondum completum; *ly statim* interpretabatur, cum primum Beneficium vacaverit; & in praxi, credo, quod parum curabatur de Beneficio conferendo, dum ad Sacros Ordines familiares à suis Dominis Episcopis non provehebantur; non autem pro Ordinibus minoribus eo subiectionis titulo collatis, & multominus pro prima tonsura; ex quo fiebat, quod decurrebant menses, immò & anni, post ordinationem, & Beneficium non dabatur, nec erat stylus ab Episcopis originis, seu domicilij testimonium à Trid. sess. 23. cap. 5. præscriptum requisendi.

426. Pro huius remedio, decretis, & declaratis, quæ circa intelligentiam. d. cap. Cum nullus visa sunt Sanctissimo necessaria, explicat nunc S. B. verum, & legitimum sensum præmemorati Trident. circa familiares decreti, dicens: *Quod nullus Episcopus alienæ Diæcesis subditum familiarem suum ad aliquos Sacros, seu minores Ordines, vel etiam tonsuram*

H h

pro-



244
promovere, seu ordinare presumat, absque eius proprii originis, scilicet seu domicilij Prælati testimonialibus litteris, ut supra, & nisi ad prescriptum Concilij Tridentini præfati, sess. 23. cap. 9. de reform. familiarum prædictum per integrum completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit; Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam iuxta modum superius præfinitum sufficiat, quacumque fraude cessante, statim, hoc est, saltè in terminum unius mensis à die factæ ordinationis re ipsa illi conferat, ac in ordinationis huiusmodi testimonio expressam iidem familiaritatis, ac litterarum mentionem facere teneatur.

427. Tria sunt, quæ in hoc decreto requiruntur. Primo: Litteræ testimoniales, à proprio Episcopo. Secundò: Familiaritas triennalis continua, & completa. Tertiò: Collatio Beneficij ad congruam sufficientis intra mensem à die celebratæ ordinationis faciendæ.

Pro maiori claritate noto primò, quod sicut certum est, Episcopum, qui Diœcesim cum ovibus habet, familiares suos non solum Ordinibus, sive maioribus, sive minoribus, sed & prima tonsura insignire posse; ita quoque est, supra dicta requiri, non solum pro Ordinibus maioribus, sed & pro minoribus, imò & prima tonsura initiandis. Hoc colligitur clarè, tam ex decreto allegato Tridentini generalitèr loquentis sine vlla limitatione ad hos, vel illos Ordines, quàm ex expressione huius clausulæ, in qua ad declarandum modum, quo in praxim deducere debent Prælati facultatem à Tridentino concessam, seu permissam, veluti supponendo, quod ab eo conceditur ampla facultas, inquit Sanctissimus: *Nullus Episcopus alienæ Diœcesis subditum familiarem suum ad aliquos Sacros, seu maiores Ordines, vel etiam primam tonsuram promovere. Et sine testimonialibus litteris &c.* Quod est idem, ac dicere: non possit Episcopus, uti facultate ordinandi suos familiares alienæ Diœcesis subditos, nisi cū his conditionibus, & requisita, quæ in hoc decreto ponitur pro familiaribus ordinibus Sacris initiandis,

eadem

eadem pro familiaribus Ordinibus minoribus, imò & primam tonsuram insigniendis exiguntur.

428. Secundò à contrario sensu: non potest, etiam ad primam tonsuram, nisi cum his requisitis promovère: ergò cum his conditionibus conferre potest, etiam primam tonsuram. Tertiò: Quia Episcopus potest omnes, & solos suos subditos ad Ordines, & primam tonsuram, servatis servandis, promovère: sed familiaritas cum requisitis supra dictis facit subditum familiarem, veluti posset fieri origine, aut domicilio, & sine illis conditionibus non facit: ergò familiaris Episcopi poterit à suo Domino etiam prima tonsura ordinari eodem modo, ac reliqui subditi Diœcesani, servato præfato decreto, & non alitèr.

429. Dices; ad titulū Beneficij conferendi nemo exterius potest ad primam tonsuram promovèri; sed familiaris Episcopi solum potest ordinari à suo Domino cum respectu, & expectativa Beneficij intra mensem conferendi: ergò nequit ad primam tonsuram promovèri. Maior patet ex part. 38. minor ex hac clausula 46. consequentia videtur legitimè sequi. Respondetur concessa maiori, negando minorem; nam familiaris Episcopi non fit subditus sui Domini, quoad Ordines, per respectum & expectativam Beneficij conferendi; sed per familiaritatem triennalem completam, licet maneat in Episcopo hac superioritate, uti volente obligatio conferendi Beneficium intra mensem.

430. Sed adhuc data minori, nego consequentiam; ratio est clara; nam variatur terminus, aliud enim est ad titulū Beneficij promovèri, aliud verò cum expectativa Beneficij; titulus Beneficij acquiritur ratione possessionis Beneficij; & cum Beneficium conferendum nondum sit possessum, nec aliquis possit possidère, imò nec institutionem, seu collationem Beneficij recipere, nisi antecedentèr prima tonsura insignitus fuerit, inde est, quòd nequit fieri subditus, nec ut talis ad primam tonsuram promovèri, ratione Beneficij conferendi. At verò familiaris non indiget Beneficio possessio, sed possidendo, & sic poterit prima tonsura initiari ad eodem, qui collaturus est Bene-

Hh 2

ficiam,



EXPLICAT. BVL. 9

ficium, intuitu eiusdem Beneficij intra mensem conferendi; ad-
huc dato. quod ratione illius fieret subditus, quoad Ordines; &
hoc est specialius, quod habet hoc privilegium; scilicet, posse
coaptari familiarem per susceptionem primæ tonsuræ, vt Dñs
suis ei de Beneficio intra mensem provideat. Nam suscepta pri-
ma tonsura, facile posset conferri actu familiari Beneficium,
quod intra mensem dandum erat, & ratione illius esset subdi-
tus independentè à familiaritate, & triennali servitio. Vnde
si ad primam tonsuram non extenderetur, nihil ferè haberet sin-
gularitatis. Propter hæc, & alia dixi supra, familiares non cõ-
prehendi in dispositione parti. 38. & si aliquis adhuc dubitat,
advertat, hæc esse iura positiva, in quibus non valet paritas ex
vno casu ad alium.

190 431. Noto secundò: Litteras testimoniales, quas affer-
re obstringuntur familiares Episcopi à suis Prælati, debere esse
in casibus expressis part. 39. 42. & 45. siquidem ad has clausu-
las videtur referri ly *vt supra*, quod denotat, non solum futu-
rum esse testimonium de natalibus, ætate, moribus, & vita, sed
afferendum in casibus expressis supra in clausulis, quæ de tes-
timonialibus fit mentio. Et obiter noto, quod licet in familiari-
bus Episcoporū nō militent plura motiva, quæ pro alijs subsunt,
vt iubeantur testimoniales afferre; cæterum consultò Sanctis-
simus hoc requisitum ad eos extendit: tum, quia primitus non
aliter data est ipsis facultas, nisi cū cõsultatione proprii Episcopi,
cum quo ante habitavit familiaris, si vera est coniectura Hallier,
de qua dictum est, n. 334. tum, quia familiares Episcopi esse de-
bent primi in observantia disciplinæ Ecclesiasticæ; nam si hi non
servant constitutiones Apostolicas, Sacros Canones, edicta,
ac mandata Ecclesiastica, quomodo ea observabunt subditi non
domestici? & ita, si non maiori, pari tamen cura, ac diligentia
scrutandi sunt familiares in omnibus à Trident. & hac Aposto-
lica constitutione requisitis, circa scientiam, mores, &c. ordi-
nandorum.

432. Noto tertio: Triennium servitij, quod à Trident.

PART. XXXXVI

247

requiritur; declarari nunc in hac clausula, debere esse inte-
grum, & completum, de momento ad momentū, prout etiam
antea docebant Riccius, Avila, Garcia, Barbosa, & alij relati
à Marchin. d. p. 5 cap. 9. & licet non ita clarum sit, an hoc trien-
num computandum sit à die, quo familiaris servitio personæ
Episcopi deditus est, etiam ante quam Episcopus crearetur, an
verò à die, quo à Sanctissimo facta est gratia in Consistorio; ni-
hilominus huic secundæ parti magis adhæreo contra AA. cita-
tos: Moveor 1. quia verba huius clausulæ intelligenda sunt in
sensu formali, & proprio: ergò servitium triennale, quod pe-
titur à familiari, vt hoc subiectionis titulo gaudeat, debet esse
factum Episcopo, vt Episcopo, sive postquam factus est Epis-
copus, quin sufficiat deservisse, quando erat Canonicus, Inqui-
sitor, Auditor, Iudex &c. 2. quia hæc facultas, seu privilegium
concessum est dignitati, non personæ: ergò servitium cedere de-
bet in obsequium dignitatis, & non merè personæ: ergò & cõ-
putum triennij incipere debet, ex quo incipit servitium fieri dig-
nitati, seu personæ dignificatæ. 3. ad hominem: nam AA. pro-
ximè citati dicunt, triennium debere esse completum, & non suf-
ficere inceptum, quia cum sit res odiosa Prælati proprii origi-
nis, & domicilij, quod familiares Episcopi eximantur ab eorū
iurisdictione quoad Ordines, decretum Concilij rigorosè est
accipiendum de triennio integro, quin regula *dies cæpta, vel
annus cæptus pro completo habetur* locum habeat in odiosis, vt
est hæc materia, sed tantum in favoribilibus, ita Marchin. loc.
cit. n. 2. sed hæc ratio vel nihil probat, vel militat in nostro casu;
ergò decretum istud debet intelligi rigorosè de triennio servitij
completo, & incepto postquam Dominus factus est Episcopus,
quin in computum adduci possit pars temporis antea in servi-
tio expresa, etiam si ministerium esset proprium, vel saltém nō
alienum ab Ecclesiastico.

433. Nec vrget ratio contraria Marchin. vb. prox. n. 3.
scilicet: Tridentinum absolutè concedit Episcopo, vt familiare
suum triennale ad Ordines possit assumere, quin distinguat, aut li-
miter,



EXPLIC. BVL.

mitet, an familiatura debeat esse ante, vel post adeptum Episcopatum, sed propositio absolutè prolata, absolutè quoque debet intelligi: ergò &c. Non vrget, inquam, primò: quia plures opinioniones supra intelligentiam cap. Cum nullus fundatas in hoc, & similibus principijs videmus nunc in hac Bulla pro abusibus qualificatas. Secundò: quia ex rationibus prædictis inferitur, intelligenda esse verba in sensu formali, & rigoroso, & exindè colligitur limitatio, licet non exprimat.

434. Nec obest declaratio S. Congreg. Concil. quæ pro parte contraria opponitur, relata à Riccio decis. 110. & alijs; quia dato, quod sit certa, & de ea constet authenticè, manet iam dictum part. 34. EE. DD. S. R. E. Cardin. S. Concil. Trident. interpretes censuisse, quæcumque antehac super præmissis ab ipsorũ Card. Congreg. in particularibus casibus edita decreta, declarationes, seu responsa ad constitutionis præsentis limites esse reducenda: & ita dum de novo non declaratur contrarium mei asserti, non convincit id fundamentum, sed magis ponderat, quod nunc exprimit hæc clausula: *per integrum, & completum triennium* &c. quod non videtur verificari cum proprietate, nisi dicatur, familiarem debere commorari cum Episcopo per tres annos integros, postquam fuerit Episcopus; aliàs non essent integri, sed partim fuisset familiaris Episcopi, partim familiaris Canonici, vel Inquisitoris, seu Auditoris &c.

435. Noto quartò: tam Tridentinum per illa verba *secum commoratus*, quam nostram Bullam, per ista: *secum retinuerit*: denotare, solum gaudere posse hoc privilegio, de quo loquimur, familiarem, qui in Palatio cum Episcopo degit, talitèr, quod si adesset in aliqua Univeritate studij causa, vel in aliqua Curia negotia Domini sui acturus, licet expensis Episcopi aleretur, non posset titulo familiaritatis ordinari, quia hunc secum non retinet Episcopus; immò nec etiam, quamvis degeret in eadem Civitate, si habitationem suam intra Ædes Episcopales non haberet; alitèr enim non verificaretur *ly secum commoratus*. Prima pars huius notabilis est communis,

Dian.

PART. XXXXVI.

Dian. tom. 2. Coord. tract. 5. resol. 63. Castr. Pal. tract. 27. disp. vnic. punct. 15. March. Barbof. & alij ab istis citati. 2. pars non ita communis, videtur tamen ex verbis supra dictis inferri, & constabit ex notabili sequenti.

436. Noto quintò: nõ sufficere servijssè Episcopo, seu cū ipso commoratum, si iam non est familiaris actualis, sed habitualis tantum. Requiritur itaque, quod post triennium completum, perseveret in obsequio actuali Prælati; nam si istum deseruisset, privilegio frui nequiret; hoc colligitur ex illis verbis: *in suo actuali servitio*; & March. vb. sup. prox. n. 6. inquit, quod triennium debet esse continuum, & idem tenet Castr. Pal. cum Ric. vb. sup. & ita iuxta hanc intelligentiam, si familiaritas interrupteretur, id est, si deserviret per annum, postea abesset, vel ab obsequio recederet, licet iterum ad servitium Episcopi rediret, & per duos annos continuos perseveraret, non sufficeret; nam ille primus annus interruptus non debet computari, & sic debet proficere ad complendum tres annos integros, & completos.

437. Ratio huius, & dicti in notabili antecedenti est, quia præcipua ex rationibus, quare Trident. præscribit triennium, est, vt Episcopus in eo possit ocularitèr recognoscere, ac penetrare ingenium, seu indolem, ac mores familiaris, ita Maiolus lib. 6. de irregular. cap. 2. num. 5. Quaranta verbo. Ordo. §. Limita, Hugolinus de offic. Episc. cap. 26. §. 4. Suarez de Censur. disp. 31. sect. 15. Prax. nova Episcop. part. 1. cap. 1. num. 15. Ricc. resol. 267. & decis. 307. num. 2. Barbof. cum alijs d. alleg. 5. num. 6. Molfess. in sum tract. 2. cap. 2. num. 8. cit. à March. vb. prox. num. 4. Dian. cum alijs d. resolut. 43. atqui hoc motivum persuadet, servitium familiaris debere esse, non solum in eadem Vrbe, in qua residet Episcopus, sed in eadem domo, & absque interruptione, aliàs non posset habere perfectam, & ocularem cognitionem illius; siquidem difficile non esset, quod coràm Episcopo vitia dissimularer, quæ postea liberè exerceret, ad quod & noc-

tem,

-251V



rem, & plura diei spatia, & separatam domum haberet, vb i, & quando nec ab Episcopo visitari, nec a condomesticis requiri, & videri posset: eodemque modo evenire posset, quod tempore intermedio, quo ab obsequio recessit, seu a cohabitatione Episcopi defuit, alios mores habuerit ab his, quos in Palatio exercebat; forte enim circumspexit faciebat cum ministerium, vel reverentialis timor sui Domini &c. Quod confirmatur ex dictis particula 15. n. 120. cum Hug. Card. quod domus Episcopi vocatur: *Probatoria Clericorum*; & ita in ea, & non in alia, debet fieri hic quasi novitiatus servitij, seu triennium probationis a familiaribus, vt gaudere possint hoc privilegio.


438. Noto sextò: quod per illa verba *suis sumptibus aluerit*, declaratur, quod ad presentem effectum sunt familiares Episcopi illi, qui inserviunt, & commorantur in eadem domo cum Episcopo, & comedunt ex mensa Episcopali, sive portio assignetur in pecunia, sive in specie alimentorum: nunc in tinello, seu refectorio comedant: nunc in suis cubiculis; sed excluduntur ab hoc privilegio famuli *proprij*, & *privati* familiarium; hi namque non aluntur expensis Episcopi, sed eorundem familiarium: quod procedit, etsi portio, quæ datur familiari sit ita abundans, vt sufficiat etiam ad famulum, id enim est valde per accidens; nec dicti famuli serviunt Episcopo, sed suis familiaribus, nec descripti sunt in libris Oeconomii. Dixi, *proprij*, & *privati*; nam si essent communes, quibus ab Episcopo assignata esset portio ad victum, & vestitum, cum onere inserviendi Capellanis, sive pueris nobilibus familiaribus suis v.g. hi sunt vere famuli Episcopi, & subditi sunt Maiori domus, Magistro puerorum, Sacellario &c. et scribuntur in codicibus expensarum. Unde, cæteris concurrentibus, gaudere possunt hoc privilegio.

439. Noto septimò: Beneficium, quod iuxta hoc decretum ab Episcopo conferendum est familiari intra mensem naturalem post ordinationem, debere esse sufficiens ad honestam vitam.

vivendum iuxta taxam Diœcesis Episcopi ordinantis, vel ea deficiente, iuxta morem regionis, quin adsit facultas supplendi cum adiectione patrimonij, vel pensionum intra, vel extra Diœcesim, quod deficiat de congrua propter tenuitatem Beneficij; quod comprehenditur in illis verbis, iuxta *modum superius præfinitum*. Quæ ad præscriptum in part. 40. referuntur.

440. Noto octavò: quod licet familiaris ordinandus ratione familiaritatis habeat Beneficium Ecclesiasticum, & sufficientem congruam in alia Diœcesi, donandus est alio Beneficio sufficienti ad victum a suo Domino, quin maneat locus effugiendi ad impletionem huius conditionis, sub qua conceditur Episcopo familiarem suum ad Ordines promovere, vt clarè denotant illa verba: *Quacumque fraude cessante, re ipsa illi conferat*: Ratio est, primò: quia Trident. & SS. D. N. in hac Bulla non aliter permittunt Episcopum hoc privilegio uti, nisi cum onere, & sub hac conditione. Secundò suadetur hac consideratione; quia subordinatio, quæ obtinetur cum hoc privilegio familiaritatis, comparatur, vel reducitur ad eam, quæ provenit ex Beneficio, & sic sequitur easdem regulas; & discrimen stat, quod non familiaris debet pacificè possidere Beneficium ante ordinationem; familiaris verò permittitur ordinari ante possessionem, ac si esset subditus domicilij, vt ita capax fieri possit Beneficij a Domino conferendi, si fortè non sit prima tonsura initiatus; atqui si ordinandus esset ad titulum Beneficij, non sufficeret illud possidere in alia Diœcesi, si aliud non possideret in eadem Diœcesi, a cuius Episcopo Ordines recipere cupiebat, cum qualitatibus expressis part. 40. ergo &c. Hoc colligitur etiam ex Marchin. loc. cit. n. 9.

441. Noto nonò, pro maiori explicatione dicti notabilis primi, quod sicut ille, qui fit subditus ratione Beneficij ad effectum suscipiendi Ordines, debet habere Beneficium sufficiens ad congruam, non solum pro Ordinibus



EXPLIC. BVL.

252. maioribus, sed pro minoribus quoque suscipiendis, quamvis Trident. sess. 21. cap. 2. solum pro ordinandis in Sacris congruam exigat; sic similiter Episcopus familiarem suum ad familiaritatis titulum promovens, conferre debet Beneficium sufficiens ad congruam intra mensem, etsi tantum prima tonsura illum initiaret, prout ante expeditionem huius Bulle, Navarr. Barbos. & alij relati à Marchin. ibid. n. 9. asserunt.

442. Noto decimo, quod si familiaris sit caractere Clericali insignitus à proprio Episcopo, vel cum eius dimissionis modo explicato, & Dominus eius Beneficium ad congruam sufficiens re ipsa illi conferat, poterit ante triennium, servati alijs servandis, ad ulteriores Ordines promoveri, ac possit, si familiaris non esset; non enim peioris sunt conditionis domestici, quam exteri. Ita Sanchez in Opusc. tom. 2. dub. 20. num. 24. & 25. Dian. vb. sup. resolut. 67. Marchin. vb. prox. num. 8. nec circa hoc innovatur aliquid in hac constitutione.

443. Restant nunc duæ difficultates in hoc puncto. Prima est, utrum possit Episcopus familiarem suum triennalem, seu exterum ad titulum patrimonij, seu pensionis promovere? Secunda: An possit Sacris illum initiare sine patrimonio, vel pensione, seu Beneficio, quin alicuius Ecclesie servitio adscribat. Circà primam affirmativè respondet Barbos. d. alleg. 5. n. 12. & 13. cum alijs, quos ipse, & Marchin. vb. prox. referunt. Fr. Ant. à Spirit. S. part. 1. direct. confess. tract. 9. disp. 13. sect. 2. num. 59. Contrarium tamen pro certo habeo, scilicet, non posse sine conditionibus supra dictis; ratio est, inquit, & bene Marchin. quia nullus Episcopus potest non subditum suum ordinare; sed pensio, & patrimonium non faciunt familiarem subditum ad Ordines: ergo ad titulum pensionis, seu patrimonij precisè familiaris ordinari non potest à D. Episcopo, nisi aliàs esset subditus domicilij, seu originis, quo casu non procedit difficultas. Si dicas fieri sub-

PART. XXXXVI.

subditum ratione familiaritatis triennalis; contrá; ergo non sufficit pensionem, seu patrimonium habere, sed Episcopus ordinans debet Beneficium Ecclesiasticum sufficiens ex se ad congruam conferre intra mensem *omni fraude cessante*.

444. Circà secundam P. Castr. Pal. cum Barbos. vb. prox. negativè respondet. Sed contrariè adhæreo sententiæ cum P. Gabriele Vazquez in 3. part. tom. 3. disput. 245. n. 49. dummodò intra mensem Beneficium conferatur, & in hoc sensu admittit etiam March. Ratio est, quia collato Beneficio, habebit titulum, & congruam, & interim non adest periculum, quod mendicet: siquidem expensis Episcopi alendus est. Et si dicas, contingere posse, quod Episcopus moriatur, quin de Beneficio provideat; dicam, quod ideò præcavet hoc decretum, quod intra mensem re ipsa conferatur; quod nostram confirmat conclusionem; aliter enim non ita arétarentur à SS. Episcopi ad tam breve tempus, si mens Trid. foret, quod dispositio sess. 21. cap. 2. etiam ad familiares *præviè ad receptionem Subdiaconatus* extenderetur.

445. Habebit quoque assignationem; non tamen, ut statim servitio Ecclesie, ubi situm est Beneficium, incumbat; sed pro tempore, quo cesset obsequium Episcopi huic enim Ecclesiastici ministrare debent in Pontificalibus; latus eius Presbyteri, & Diaconi cingere debent, ut testes assidui suorum operum (vid. Ant. Aug. in Ep. Iur. Can. veter. lib. 4. tit. 43. & tit. 79.) Episcopum decet non nisi Sacerdotibus comitatum incedere &c. Si ergo isti Ecclesiastici continuo Episcopi servitio addicti sunt, quomodò Ecclesie assistere cogendi sunt? Etsi ex Ecclesie maioribus, ubi aded præcissa est residentia, potest sibi Episcopus duos coadiutores sumere, cap. de Cætero, cap. ad audientiam de Cler. non resident; quanto magis ex minoribus Ecclesie Beneficiatos personaliter residere non obligatos in familiares Ministros adscire poterit?



PORRO, VT QUIBUSCUMQUE FRAVDIBVS ADI-
tus omnino praecludatur, volumus, & Apostolica authorita-
te statuimus, atque decernimus, vt Episcopus quilibet suos
ratione originis, seu domicilij subditos Clericos quoscumque ab
alienis Episcopis, quavis authoritate, etiam cum suis comendati-
tius litteris promotos, nedum ad formam Concil. Trident. sup-
dicti. sess. 14. cap. 3. de reformat. quoad scientiam examina-
re valeat, verum etiam Ordinum eis collatorum testimoniales
litteras, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere,
an quoad illos presentis constitutionis forma, & dispositio ad-
impleta fuerit, assignuo sic promoti termino competenti ei ma-
gis bene viso ad docendum de eiusmodi adimpleta, ita vt
quos, eo termino elapso, id minimè praestitisse compererit à
susceptorum Ordinum exercitio, sita, & quamdiu ei expe-
dire videbitur, suspendere, illisque, nè in altari, aut

in aliquo Ordine ministrent, interdicere.

possit.

446. Decretum hoc veluti compendium utilitatis alio-
rum est, & convenientissimum valde, ne aditus, vllus frau-
dibus, & abusibus pateat; posset enim accidere, quod ali-
qui adinvenirent modum admittendi ad Ordines in alia Diœ-
cesi, vbi non adeò exacta in investigandis congruæ, scientiæ,
probitatisque requisitis adhiberetur cura, ac in propria originis,
seu quod Beneficium quærerent ex fine se eximendi à suo Præ-
lato, quoad Ordines, vel ex alijs minus rectis motivis; & post Or-
dinationem ad primam Diœcesim pro exercendis Ordinibus

re-

redire vellent. Cui dolo, vt occurrat Sanctissimus, statuit in
hac particula propositum.

447. Pro cuius maiori claritate, & intelligentia suppo-
nendum est, S. Trident. Concil. sess. 14. de reformat. cap. 3.
cuius meminit Sanctissimus in hac clausula, decretum tenoris
sequentis edidisse:

Episcopus quoscumque suos Clericos, praesertim in Sacris
constitutos, absque suo praecedente examine, & commenda-
titijs litteris quacumque authoritate promotos, licet tamen quã
habiles ab eo, à quo ordinati sunt, probatos, quos tamen ad
Divina Officia celebranda, Ecclesiastica Sacramenta mi-
nistranda minus idoneos, & capaces repererit, à susceptorum
Ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, suspendere,
& illis, nè in Altari, aut aliquo Ordine ministrent, interdici-
re possit. Idem Trid. infr. sess. 23. cap. 3. de reform. statuit,
quod Episcopi non aliter, nisi probatos, & examinatos suos
sudditos ab alijs ordinandos transmittant, & cap. 8. eiusdem
sess. 23. decernit, quod nullus possit virtute cuiuslibet rescripti
absque sui Episcopi comendatitijs litteris ad Ordines promovè-
ri. Hoc supposito.

448. Barbof. sup. locum Trid. in hac particula allega-
tum cum Salcedo, & alijs, inquit: decretum praefatum proce-
dere in casibus, quibus ordinandus, quia absens à propria Diœ-
cesi, vel ex alio legitimo impedimento, non posset à proprio
Episcopo examinari, & ideo dimissoriae litterae ei concederen-
tur cum clausula, ad examinandum; attamen plures alios com-
prehendit iuxta intelligentiam à S. D. N. in hac particula attri-
butam, vbi exprimitur, quod licet testimoniales, seu com-
mendatitias litteras ordinandus ad superius praescripta obtinue-
rit, possit iterum quoad scientiam examinari: quod tamen
aliqua dubium erat in praecitato Trid. decreto, absque suo
praecedenti examine, & commendatitijs litteris, vbi ly et vide-
tur coniunctivum, & quod vt promotus ab alio Episcopo pos-

set



EXPLIC. BVL.

set iterum examinari, vtrumque simul concurrere debebat. Sed clausula praesens tollit omne dubium, & casus potest ita figurari.

449. Petrus v.g. oriundus Gadibus, ab ea Civitate discessit: Beneficium Malacae adeptus, vel servitio alicuius Cardinalis, seu Episcopi addictus est; ad Ordines promotus, vel ab Episcopo Beneficij, vel a suo Domino, vel a Vicario SS. in Curia, obtentis prius testimonialibus proprii Praelati litteris de natalibus, vita, aetate, ac moribus, redit iterum ad patriam, ibique Ordines exercere cupiens, Gadicensi Episcopo, vt debet, se praesentat. In hoc casu potest iste Praelatus, non solum in lingua latina, & materijs moralibus. ac fidei dogmatibus, quae scire indiget, examinare, & si minus habens inventus fuerit, suspendere, iuxta praefatum Trident. decretum, sed etiam collatorum Ordinum testimonia recognoscere, de testimonialibus litteris, & modo subiectionis iuxta praescripta in hac Bulla requirere, ac diligentem investigare, an in Ordinibus ipsi collatis servata sint decreta huius Apostolicae constitutionis, & si post instrumenta, quae praesentaverit, revisa, positivè non constiterit de adimplerione, debet Episcopus congruentem terminum, iuxta distantiam locorum, vnde testimonia allaturus sit, ad probandum designare, & si elapso termino compererit Episcopus, Bullam istam non fuisse observatam, vel ordinandus non probaverit, fuisse adimpletam, etiamsi alias idoneus in scientia, & habilis reperiatur ad exercendum; poterit nihilominus pro arbitrio suo ab usu, & exercitio Ordinum suspendere. Ista autem investigationes, examina, & diligentiae omnes gratis fieri debent.

450. Sed insurgit contra hoc difficultas: in sequenti particula videbimus, quod Ordinatis huius constitutionis transgressoribus imponitur poena suspensionis latae: in hac vero clausula est ferenda, imò arbitrio Praelati relinquitur, non solum tempus per quod durare debeat, praesumere, sed & imponere, vel

PART. XXXXVII.

vel non, suspensionem: quomodo ergo haec duo concilianda sunt? Respondetur: verum quidem esse suspensionem esse latam; cum tamen duratio illius pendeat a voluntate proprii Praelati, inde est, quod quando haec Bulla agit de Praelato, qui cognosciturus est de excessu, non coarctat illum nec necessitat ad suspendendum, vel non, sed arbitrio ipsius, tam suspensionem, quam tempus durationis relinquit.

451. Explicatur hoc amplius: Trid. sess. 23. cap. 8. suspensionis poenam ipso facto incurrendam contra male promotos profert: cap. verò 3. sess. 14 ad quod refertur praesens clausula, solum ait, quod possit Episcopus suspendere, & interdiceri ab exercitio Ordinum, quos ab alijs promotos minus aptos, & idoneos ad Divina Officia celebranda, & Ecclesiastica Sacramenta ministranda repererit. In hunc modum sequenti clausula poenam suspensionis latam proprio Ordinario reservatam contra transgressores imponit haec constitutio: hanc in foro conscientiae contrahent, qui culpam habuerint; & accidere posset, quod ex ignorantia inculpabili ab eius incurfione excusarentur; et si Praelati permitterent, secluso scandalo, licite celebrarent; at verò in praesenti clausula non attenditur bonae, aut malae conscientiae ordinandi, sed ad id, quod Praelatus proprius in foro externo repererit: & cum, licet agnovit intervenisse aliquam culpam, potest, si ita expedire visum fuerit ex aliquo iusto motivo, ad exercitium Ordinum suos Clericos indebitè ab alienis Praelatis ordinatos admittere, iuxta cap. Lugdunensis 10. caus. 9. q. 2. ideò non coarctat SS. ad suspensionem ferendam, sed prudenti Praelati proprii arbitrio remittit.

452. Inquires adhuc: an ordinatus in aliena Dioecesi, si in foro interiori coram Deo inculpatus se compererit, & consequenter a suspensionis poena immunem, possit contra prohibitionem, & suspensionem a proprio Praelato indictam in aliqua Ecclesia regularium eiusdem Dioecesis celebrare? Ante respon-



EXLIC. BVL.

258. ponsionē suppono primò: quod Trid. sess. 22. c. 8. Episcopis præcipit. Deinde, ut irreverentia vitetur, singuli in suis Diocessibus interdican, nè cui vago, & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat, & sess. 23. cap. 16. de reformat. Nullus præterea Clericus peregrinus, sine commendatitijs litteris sui Ordinarij ab ullo Episcopo ad Divina celebranda ::: admittatur; super quæ verba inquit Barbof. ibi n. 9. Episcopum loci Ordinarium prohibere posse, nè Regulares in eorum Ecclesijs Sacerdotes seculares externos Divina Officia celebrare permittant, nisi ab ipso Episcopo, visis litteris commendatitijs, ipsi Sacerdotes admissi fuerint; referunt decisum Armendariz in addit. ad recop. leg. Navar. lib. 2. tit. 18. leg. 7. de Relig. num. 55. Galet. in Margarita casuum conscientiarum verb. Missa. Nald. Sum. eod. verb. n. 55. Aloys. Riccius in prax. rer. for. Eccles. resol. 635. in 2. edit. & in decis. Cur. Archiep. Neap. decis. 258. part. 4. Homo de bonis, de exam. Eccles. tract. 12. cap. 4. q. 2. 6. ref. 3. pag. 459. Idem. Barbof. de potest. Episc. allegat. 28. n. 8. Et sic non est locus exemptus ad hunc effectum Regularium Ecclesia; nec credo, quod Prælati Monasteriorum, seu Religiosi Sacrorum curæ præfecti velint conscientias suas onerare, Clericos malè promotos, suspensos &c. ad Divina celebranda in suis Ecclesijs, sine Episcopi Diocæsani licentia, admittendi periculo sese exponentes.

453. Suppono secundo aliam doctrinam eiusdem Barbof. ibid. num. 9. : Sacerdotes exteri seculares, qui absque licentia Ordinarij celebrant in Ecclesijs Regularium, incurrunt pœnas inflictas in Synodo Diocæsana, & Sacristæ, seu Præfecti Ecclesiarum Regularium adstringi possunt ad non permittendum celebrationem prædictam, nisi exhibita licentia Ordinarij. Sel. d. cap. 13. n. 28. ubi refert decisum in Neapolit. 17. August. 1630. Hoc supposito.

454. Respondeo primò: Regulares non posse admittere. Secundò: quod licet non sit suspensus, in foro exteriori de-

bet

PART. XXXXVII.

259.

bet se gerere, ac si suspensus esset, abstinereq; à celebratione propter scandalum; Tertio respondeo, negari non posse, Clericum, de quo loquimur, privatum esse celebrare ad præscriptum huius Bullæ, & ita si Prælati comperiat contra mandatum suum fecisse, condignè punire poterit, & propter transgressionem præcepti, & propter præsumptam censuræ violationem. 4. dico: iuste præcipere Prælatum, nè celebret, seu prohibere, quod Ordines exerceat, dum ordinatus non probat, in sua Ordinatione decreta huius Bullæ fuisse servata, & cum omni legitime præcipienti debeat obedientia, obedire tenetur. Verumtamen, si contra faciat irregularitatem non contrahet, si in foro anime suspensionis pœna affectus non est, quia non contra censuram, sed contra præceptum operatur.

PART. XXXXVIII.

ITA VERO PRÆMISSA, ET SINGVLA PERPETUO, atque inviolabiliter observari, atq; adimpleri volumus, ut si quid in iisdem præmissis, seu eorum aliquo secus fiat, Ordinarius quidem à collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, alijsq; insuper gravioribus pœnis pro modo culpæ nostræ, & pro tempore existentis Roman. Pont. arbitrio infligendis uterq; subiaceat.

455. In hac clausula decernit iam SS. pœnam, sub qua observantiam omnium, & singulorum præfatorum decretorum præcipit. Episcopo Ordinanti pœnam suspensionis à potestate conferendi Ordines per annum imponit; Ordinato vero suspensionem ab exercitio Ordinum perpetuam, seu quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire; has pœnas incurrit uterq; eo ipso; seu, quod idem est, sunt latæ, & eas contrahunt delinquentes statim post culpam ante sententiam iudicis, etiam declaratoriâ: præter istas, graviores pro arbitrio suo, & Successorum suorum reservat infligendas iuxta modum culpæ.

Kk

456. Hac



EXPLIC. BVL.

260. Hæc SS. D. N. constitutio videtur pro nunc non subire discrimen quod passa est Bulla D. N. Sixti V. siquidem pœnæ hic impositæ sunt valde moderatæ, conformes à Sacris Cononibus, Trid. & alijs Bullis Pontificijs circa præsentem Ordinum materiam statutis, & idè aliquas habet communes difficultates, quæ videri possunt ap. March. tract. I. de Ord. p. 5. c. 10. & 11. & apud Barb. de potest. Ep. alleg. 8. & 20. cum alijs, quos referunt. Verumtamèn noto, quod inter omnes huius Bullæ clausulas solummodò vtitur SS. verbo *presumat* in p. 46. sed non in alijs, & ita ad incurrendas has pœnas non requiritur temeritas, dolo, aut præsumptio, vel ignorantia affectata, prout circa pœnas Bullæ Pij II. notat Marchin. quia vtitur verbo *presumpserit*, sed tantùm, quod culpabiliter se gerat, ita vt nec ignorantia crassa excusabit. In part. 46. loquitur de Episcopo respectu suorum familiarium, & cum in Prælati locū non habeat ignorantia consulto, vox *presumat* apposita est; nam si Episcopus legē fregerit, ex temeritate, dolo, & præsumptione id faciet, vel ad minus ex ignorantia affectata: & sic iste casus non facit regulam pro alijs.

PART. XLIX.

NON OBSTANTIBVS PRÆMISSIS, &c. CON-
suetudinibus, privilegij quoque indultis, & litteris
Apostolicis &c.

457. Tota hæc clausula est derogatoria cuiuscūq; rei huiusmodi novæ dispositioni cōtraria. Vnde per eā manent derogata quæcumq; privilegia, etiam Regularibus concessa, pro ordinandis alienis subditis sæcularibus contra præscriptum in hac Apostolica constitutione, & sic nullus deinceps præsumat eis vti, quia proculdubio in pœnâ hîc statutas incidet, & aliâs arbitrio Rom. Pontif. infligendas non effugiet. Nec opus est, vt specialis mentio de Regularibus fiat in hac constitutione, quidquid sit de alijs: cum enim facultas in his Indultis concessa pro sæcularibus cōveniat ipsis, non quâ Regulares, sed vt ordinariam in territorio aliquo

PART. XLIX.

261.

aliquo exempto iurisdictionem exercent, sufficit SS. prohibere omnibus Ordinarijs, exteros quoscumque, nisi ad præscriptum huius Bullæ, privilegij quibuscumq; non obstantibus, ad Ordines admittere, vt intelligantur etiam Regulares Ordinarij quoad hoc comprehensi.

458. Hæc notavi, quia audiui, adesse Indulta Apostolica concessa Regali conventui de N. pro scholaribus addiscentibus in dicta domo, ordinandis de licentia Prioris, sine dimissorijs, nec testimonialibus litteris suorum Prælatorum, & ita ad præxim redactum paucis ab hinc annis per Episcopū N. qui Ordinationes generales in dicto Conventu de licentia Prioris celebravit, & quamplures exteros ad Ordines promovit, exprimendo in collatorum Ordinum testimonijs, id ita fecisse virtute privilegiorū dicto conventui à Sede Apostolica concessorum pro scholaribus in ea Domo ediscentibus. Non disputo nunc de facto, sed ius, si aliquod erat, deinceps non subsistere adverto.

PART. L.

V LVMVS AVTEM, VT PRÆSENTES LITTE-
ræ in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis
Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi
Floræ de Vrbe, vt moris est, publice nentur, & affizantur sicque
publicate, & affixæ omnes, & singulos, quos illæ concernunt,
perindè arctent, & affizant, ac si unicuique eorum no-
minatim, & personalitèr intimatæ
fuisent.

459. Omitto alia plura verba in teemedia, quia com-
munia, sed non præsentem clausulam, licet etiam generalis sit,
quia vereor, ne aliqui minùs intelligentes circa eam offendant.
Loca, quorū meminit hæc particula, sūt vulgaria, in quibus demo-
rè publicatur, & affiguntur leges Pōtificiæ; & semèl promulgatæ
Romæ, vt potè Orbis Christiani Metropolis, omnes Fideles vbi-



EXPLIC. BVL.

que existentes, quos comprehendunt, ligant, quin opus sit alia particulari promulgatione in singulis Dioccesibus; & hæc est praxis comunis Ecclesiæ in omnibus suis legibus. Videatur P. Suarez, de leg. lib. 4. cap. 15. P. Fr. Andr. à Matr Dei in Cur. Mor. Salmant. tom. 3. tract. 11. de leg. cap. 1. p. 6. §. 1. P. Gomet. tom. 3. tract. 6. disput. 4. art. 2. num. 24. vbi notat concessionem, seu privilegium, quo gaudet Gallia: *Quod leges Pontificie ibi non obligent, nisi ibidem promulgentur, aut etiam recipiantur.* Hac de causa non observatur Trident. in plurima sui parte, licet quoad matrimonia clandestina idem Concilium adhibuit limitationem, vt non obligaret decretum, nisi post 30. dies à die publicationis in vnaquaque Parochia; hoc tamen speciale fuit, nec dubium est, quod, si Legislator velit, nõ obligant leges, nisi in singulis Dioccesibus promulgentur, vt de statutis Tribunal. Supr. S. Inq. Hispan. notat specialitèr P. Fr. Andr. à M. Dei citat. P. Ioan. de Cardenas in sua. Crif. Theolog. tract. 1. de probab. disp. 9. art. 11. num. 145. inquit, contrariam sententiam, scilicet, leges pontificias nõ obligare, donec promulgentur in singulis Dioccesibus, vbi quisque obligandus habitat, iam non esse probabilem.

460. In alijs Bullis, veluti in constitutione Pij II. contra malè promotos, designatur terminus quindecim dierum à die publicationis pro existentibus Romæ, duorum mensium pro degentibus intra Italiam, & sex mensium pro commorantibus extra Italiam, ante quem non incipiebant obligare; quia sic cautum erat in eadem lege. In hac verò nullus apponitur terminus, & ita statim post publicationem incepit ligare. Verumtamen ignorantia excusavit contrà facientes, antequam ad eorum notitiam perveniret.

461. Nec dependet ab acceptatione Fidelium. AA. cit. ibid.: nec supplicatio interposita est ad SS. & iurè, siquidem huiusmodi decreta statui, tam sæculari, quàm Ecclesiastico utilissima sunt; neque erit, qui meritò contrarium asserat, & quod attinet ad nostrum Catholicum, ac pijssimum Regem, constat.

PART. L.

rat, gratissimam ipsi proculdubio fuisse huius Bullæ expeditionem; prout colligere licet ex Epistola, quam ad litteram refert Author. Opusc. Sacr. Vig. & sollicitud. pastor. pag. 82.

462. Dices: videmus alias Bullas Apostolicas non esse in praxi, neque earum in observantiam peccaminosam, etiam à timoratis, censerì: ergò signum est pendere ab acceptatione, seu voluntate subditorum. Respondeo concessio antecedenti, negando consequentiam; qua illæ constitutiones initio suæ expeditionis obligantur quidem; sensim tamen contraria inolevit consuetudo (fortè non sine culpa eorum, qui observare, & ad observantiam constringere tenebantur) & ideo abrogatæ fuerunt leges illæ Pontificiæ, cessavitque obligatio. non quidem ex defectu acceptationis, sed per non usum, & tolerantiam &c. quantum temporis ad hoc requiratur, docet P. Suarez, cit. d. cap. 10. Præsens verò constitutio videtur ad praxim iam redigi, ad minùs in Hispania, prout inferre licet ex testimonialibus ad præscriptum huius Bullæ, & pro eius observantia à quampluribus Ordinarijs datis, & exactis litteris, de quo testari possum: & zelus maximus, qui viger in Prælati, nullis Christiani Orbis vigilantia, pietate, auctoritate, litteris, nobilitate &c. secundis, decreta adeo opportuna, & Ecclesiæ convenientia relaxari non permit

Et c.

LAVS DEO.



IN



INDEX PARTICVLARUM

HVIUS BVLLÆ.

- Explicatur Titulus ; & caput Bullæ. pag. 1.
Part. 1. explicatur hæc vox *Speculator*; ex Ezech. 3. & 33. pag. 3.
Part. 2. ponuntur aliquæ causæ præcipuæ sollicitudinis SS. D.N. erga Ordinandos pag. 5.
Part. 3. De origine, & significatione huius nomini *Clericus*; pa. 6.
Part. 4. De irreprehensibilitate Clericorum. ibid.
Part. 5. Explicatur locus Trid. sess. 22. de reform. Cap. 1. vbi Ecclesiastici vocantur *Specula*. pag. 10.
Part. 6. Quod laici imitantur Ecclesiasticos. pag. 17.
Part. 7. Quales esse debeant, qui Dominica Sacramenta sunt tractaturi. pag. 19.
Part. 8. De scientia, & exemplo in Ecclesiasticis requisitis, vt cunctos ædificent. pag. 22.
Part. 9. De progressu in Sanctitate, & iustitia. pag. 32.
Part. De Ecclesiastica militia. pag. 34.
Part. 11. De Interstitijs Ordinum. pag. 45.
Part. 12. De dispositione, & merito ad ascensum in superiorem Ordinis gradum. pag. 50.
Part. 13. De temporibus Ordinationum, ac de ieiunio, & oratione præcedentibus. pag. 51.
Part. 14. De moderatione Indultorum de *Extra tempora*; vbi ad litteram ponitur decretum. pag. 65.
Part. 15. De probatione Ordinandorum. pag. 68.
Part. 16. Explicatur locus D. Greg. Nazianzen. pag. 98.
Part. 17. De antiquis Interstitiorum legibus. pag. 100.
Part. 18. De gradu humili laicorum, & sublimi Sacerdotum. pag. 104.

Part.

INDEX

- Part. 19. De diuturna Ordinandorum comprobatione. pag. 114.
Part. 20. Quod Clerici multo tempore discere debent, quod postea alios docere tenentur. pag. 121.
Part. 21. De causis ad concedendum Indulta de extra tempora. pag. 129.
Part. 22. De non Ordinandis ad tituli patrimonij, nisi, &c. p. 130.
Part. 23. Quod Episcopi non arctantur ad executionem Indultorum de *Extra tempora*. pag. 133.
Part. 24. Ponitur locus Apostoli 1. ad Timoth. 5. pag. 138.
Part. 25. Explicatur alius textus Actor. 20. ad intentum. Ibid.
Part. 26. De reverentia Angelorum erga Sacerdotes. pag. 143.
Part. 27. In Ordinum collatione merita, & non humani fauores attendantur. pag. 145.
Part. 28. Quod Divinos Ordines largiri districti semper esse iudicij oporteat. pag. 148.
Part. 29. Querelæ Prælatorum ad Sanctissimum. pag. 150.
Part. 30. Ponitur factum, & motivum expeditionis Bullæ. p. 152.
Part. 31. Explicatur locus difficilis D. Bernard. pag. 157.
Part. 32. De auctoritate, & desiderio SS. pro tollendis abusibus &c. pag. 162.
Part. 33. Innovantur aliquæ Bullæ Rom. Pontifi. quæ ad litteram ponuntur. pag. 164. 167. 169. & 174.
Part. 34. De consilio adhibito pro expedit. huius Bullæ. p. 176.
Part. 35. Fines intenti a SS. pag. 177.
Part. 36. De constitutivo huius constitutionis in esse legis. Ibid.
Part. 37. Quod hæc Bulla cõprehendit omnes Ordinarios. p. 179.
Part. 38. De titulis pro prima tonsura initiandis. pag. 180.
Part. 39. De testimonialibus litteris requisitis pro Ordinandis ratione Beneficij in aliena Diœcesi. pag. 184. earum formula. pag. 197.
Part. 40. De qualitatibus Beneficij, vt ratione illius fiat quis subditus alicuius Episcopi, quoad Ordines. pag. 204.
Part. 41. De subjectione ratione originis. pag. 225.
Part. 42. De alio casu, in quo requiruntur testimoniales. pa. 232.

Part.



PARTICVLARVM.

- Part. 43. Ponitur Exceptio regulæ assertæ part. 41. pag. 234.
Part. 44. Regula pro acquirenda subiectiõne ad Ordines titulo Domicilij. pag. 236.
Part. 45. De tertio casu expresso, in quo requiruntur testimoniales. pag. 241.
Part. 46. De subiectiõne titulo familiaritatis, & eius conditionibus, & requisitis. pag. 242.
Part. 47. Dispositio specialis circa Ordinatos in aliena Diocesi, cum ad propriam originis, aut domicilij redeunt. pag. 254.
Part. 48. Pœnæ impositæ contra transgressores huius Bullæ. pag. 259.
Part. 49. Derogatio cuiuscumque privilegij &c. pag. 260.
Part. 50. Quod publicatio Romæ facta sufficit, vt hæc constitutio liget vbique ad sui observantiam. pag. 261.





PARTICULARVM

Faint, illegible text in a historical script, likely Latin or Spanish, covering the majority of the left page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or index of items.

The right page is mostly blank, showing significant wrinkling and discoloration of the aged paper. There are some very faint, illegible markings scattered across the surface, but no structured text is visible.

